Deinde quesitu est de hoib' Et pmo quesita sunt qdaz ptinetia ad quosda hoies excellentioris status. s. ad doctores et religiosos. 2° queda ptinetia ad hoies inferioris stat'. s. laycos. 3° queda ptinentia omuniter ad oes hoies. De doctorib' sacre scriptu re quesita sunt duo. Primo utz liceat q aliquis p se petat licentiaz in theologia docendi. 2° vtrum auditores diversoz magroz theologie bntiu otrarias opiniones excusent a peccato si sequatur falsas opiniones magistroz suoz.

Articul'. 9°.

Ad pmu sic pcedebat. Uidetur q nemini liceat p se petere licetiam in theologia docendi. Doctores sacre scripture adhibet ministerio dbi deisicut et plati. Sz non licet alicui petere prelationē. imo vt Grego. dic in registro. Recusantib' dignitates ecclesiastice sunt oferēde. petentib' aut sunt denegande. g nec alicui licz petere cathedra magistrale ad docendu in sacra scriptura. Preterea aug. dicit. 19. de ci. dei. Locus superior sine quo populus regi non pot et si administret vt decet. incouenienter tu appetit. g et inconuenienter petit. Pari g rone cathedra magistralis que est etiā loc' supior. Sz otra est q Grego. dicit in pastorali. q gradus magistroz est periculosus. gradus autē discipuloz est securus. Sed hoc videt ad pfectionē ptinere: vt aliquis pter aliquod bonu periculis se exponat. g videt esse laudabile q aliquis cathedra magistralē appetat. et p se petat. R° dō q ad euidentia h' questionis opz triplicē differētiam osiderare cathedre magistralis ad cathedra pontificalē. Quaru pma est q ille qui accipit cathedra magistralē non accipit aliqua eminētia quam pus non habuerat: s solu opportunitatē omunicādi scientiā quam pus non habebat. Non eniz ille qui licentiat aliquē dat ei sciaz s auctoritatē docēdi. Ille do qui accipit cathedram episcopalē accipit eminētiā potestatis qua prius non hēbat: s quantu ad hoc in nullo ab aliis differebat. 2° differentia ē q eminentia scie que requirit ad cathedra magistralē est pfectio hoīs sm seipm. eminentia do potestatis que pertinet ad cathedra pontificalē ē hominis per oparationē ad alium. 3° differentia est q ad cathedra pōtificalē fit homo idone' per caritate excellentē. vnde dns anteq Petro suaz oviu cura omitteret quesiuit ab eo. Symon Iohis diligis me plus his. vt dr Io. vlt. Ad cathedra aut magistralez reddit homo idone' ex sufficiētia scie. his g osideratis manifestu est q appetere aliquid quod ptinet ad perfectionem sui ipsius est laudabile. vn appetit' sapientie est laudabilis. Dicit eni; sap. 6. q ocupia sapientie pducit ad regnu ppetuu Appetit' aut potestatis super alios

est vitiosus.quia vt Gregor⁹.dicit Contra nām supbire est hoīem hoī velle dñari.vñ si ille qui dat licentiā ad cathedrā magistralē possit eminentiā sapīe dare:sicut ille qui promouet ad cathedrā pontificalē dat eminentiā potestatis: esset simpliciter exposcenda:cum tñ petere excellētiā potestatis sit turpe.Cum aūt ille qui accipit licētiā ad cathedrā magistralē accipiat solā opportunitatē cōmunicandi qd̄ bꝫ petere hu⁹ licētiā quantū est in se nullam videt turpitudinē cōtinē. qa cōmunicare aliis sciām: quā quis bꝫ laudabile est:.et ad caritatē ptinēs ꝑ illud Sap.8.Quā sine fictiōe didici et sine inuidia cōmunico.Et.p⁹ Pe.4.vr. Unusquisq3 sic accepit grāz in alterutrū illā admīstrātes. Pōt tñ turpitudinē cōtinere rōne p̄sumptionis:que eēt si ille qui non ē idoneus ad docendū peteret docendi officiū.Sꝫ hec p̄sumptio nō equalr est in petentib⁹ licētiā ad docēduz et in petentib⁹ pontificatū.Nā scientiā p quā aliquis est idoneus ad docendū pōt aliquis scire per certitudinē se habere. Caritatē autez per quā aliquis est idoneus ad officium pastorale non pōt aliquis per certitudinē scire se habere. et ideo semper est vitiosum pontificatum petere. nō semper autē vitiosum ē petere licentiā docendi:quāuis honestius sit q̄ p aliū petatr: nisi forte aliquando ex causa aliqua spūali. Per hoc g° pꝫ rñsio ad p̄mas duas rationes. ¶Ad tertiū dicēdū q̄ quicunq3 non cauet pericula videtur cōtemnere id cui⁹ detrimētū pericula inducere possūt. et quia laudabile est q̄ homo cōtemnat bona corporalia ꝑpter bona spūalia:laudabile est q̄ aliquis periculis corporalib⁹ se exponat ꝑpter spūalia bona. s; cōtēnē spūalia bona est valde vitiosum:et ideo q̄ aliquis periculis spūalibus se exponat:est valde vituperandū Imminēt aūt pericula spūalia his qui habēt magisterii locū.Sꝫ pictā magisterii cathedre pastoralis deuitat scīa cū caritate:quā homo nescit se p certitudinē habere. picula autē magisterii cathedre magrālis vitat homo per scīam :quā pōt hō scire se habere. vnde non est similis ratio de vtroq3.

¶Articulus.10⁹.

Ad z^m sic pcedit.Uidet q̄ auditores diuersoꝝ magistroꝝ tenētiū diuersas opiniones excusent a peccato erroris: si opiniones magistroꝝ suoꝝ sequē Dicit enim dñs Mat. 23.sup cathedrā moysi sederūt scribe et pharisei omnia que dicūt vobis seruate et facite.Multo g° magis seruāda sūt illa que tradunt a doctorib⁹ sacre scripture.g° non peccāt qui eoꝝ opiniōes sequūt. ¶Sꝫ cōt ē q̄ dr̄ Mat.15.Si cec⁹ ducatū ceco p̄stet:ambo in foueā cadūt. Sꝫ quicūq3 errat cec⁹ est inquantū errat. g° quicūq3 seqt̄ opinionē errantis magistri ī foueā peccati cadit. ¶R° dicēdum q̄ diuerse opiniones doctoꝝ sacre scripture siquidē nō pertineāt ad fidē et bonos mores absq3 periculo auditores vtrāq3 opinionē sequi p̄nt

Tunc enī h; locū q̄ꝺ apl's ꝺicit ad ro.14. Unusq̄sq; in suo sensu abundat. In his ꝺo que ptinēt ad fidez ⁊ bonos mores null⁹ excusat̄ si seq̄t̄ erroneā opinionē alicuius magistri In talib⁹ enī ignorātia nō excusat alioquin īmunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionē Arrii. Nestorii. ⁊ alioꝝ heresiarchaꝝ. nec potest excusationē habere ꝑpter simplicitatē auditoꝝ: si in talib⁹ erroneā opinionē sequat̄. In reb⁹ enim dubiis nō est ꝺe facili prestandus assensus. quinīmo vt aug⁹. ꝺicit in li. 3. ꝺe ꝺoctrina xp̄iana. Consulē ꝺ; quis regulā fidei: quā ꝺe scripturarū planiorib⁹ locis ⁊ ecclesie auctoritate ꝑcepit. Qui g̊ assentit opinioni alicui⁹ magistri ꝯtra manifestū scripture testimoniū: siue ꝯtra id q̄ꝺ publice tenet̄ s̄m ecclesie auctoritatē: non p̄ōt ab erroris vitio excusari. ❨ Ad illud g̊ q̄ꝺ in ꝯtrarium obī ꝺicendū q̄ ideo premisit super cathedrā Moysi sederūt scribe ⁊ pharisei. ut quod postea s̄bdit omnia que ꝺixerint vobis servate ⁊ facite: ꝺe illis intelligat̄ que ad cathedram pertinent: ad quā non pertinent ea que sunt ꝯtra fidem vel bonos mores.

D Einde quesitum est ꝺe his que pertinēt ad religiosos Et p̄mo quātū ad īgressū religionis. ❨ 2° quantū ad ea que ꝯueniūt iam in religione existentibus ❨ Circa p̄mū quesita sunt quatuor ❨ Primo vtrū liceat iuuenes inducere ad religionis ingressum ꝑ obligationē voti vel iuramēti. 2° vtrū sic obligati voto vel iuramento possint absq; peccato ī seclo remanere. ❨ 3° vtrum liceat ꝑ̄ctōres ad religionem inducere. 4° vtrum peccēt qui aliquē iurare faciūt ne religionē ingrediat̄.

❨ Articul⁹. xi⁹.

A D p̄mū sic ꝑcedebat̄. videtur q̄ non liceat iuuenes īducere ad religionē voto vel iuramēto. Illicitū enī est cōtra ecclesie ꝓhibitionē agere. S; Innocētius quart⁹ ꝓhibuit in quibusdā l̄ris ad religiosos ꝺirectis hi⁹ voti susceptionē. g̊ peccant qui voto vł iuramento aliquos ad religionem obligare p̄sumunt. ❨ Preterea ex̄ ꝺe regularibus ⁊ transeuntib⁹ ad religionem. c. i. ꝺī. Nullus tondeatur nisi legitima etate ⁊ spōtanea voluntate. Sed quando adolescentes obligati voto vel iuramento ad religionem suscipiuntur tonsorantur non in legitima etate: neq; ꝓpria voluntate. Sed necessitate obligationis voti vel iuramenti. g̊ hoc videtur esse illicitum. ❨ Preterea magis est necessarium vt aliqui adducantur ad fidem xp̄ianaz q̄; ad aliquam religionem. Sed ad fidem xp̄ianam non sunt aliqui inducendi necessitate sed voluntate Dicitur enim. 45. ꝺistin. c. ꝺe iudeis. Q̄ non vi sed libera animi volūtate: ⁊ facultate vt conuertantur suadendi sunt. Ergo multo minus imponenda est necessitas voti vel iuramenti vt aliqui ad religionez adducantur. ❨ Item hoc eē videt̄ ꝯt̄ honestatē religiōis. Adolescētū

enim sicut facilis est ingressus ad
religionē:ita etiam facilis est egres
sus. Sed ex hoc religio dehonesta
ri videtur:q̄ de facili recipiāt eos
qui de facili exeunt. ergo inconue
niens videtur adolescentes ad re
ligionem recipere. ¶ Preterea nō
sunt faciēda bona vt veniant ma
la. Sed ex isto bono q̄ iuuenes in
ducuntur ad religionem sequunt
multa mala:quia apostatant ⁊ ille
gitimas nuptias ɔtrahunt. ⁊ mul
ta alia illicita cōmittunt.ergo non
sunt ad religionem aduocandi.
Preterea Math.23.dicit dominus
Ue vobis scribe ⁊ pharisei qui cir
cuitis mare ⁊ aridam vt faciatis
vnum proselitum:⁊ cum fuerit fa
ctus:faciatis eum filium iehēne du
plo q̄ vos.quod ꝓposito videt com
petere. Efficiuntur enim sic i trātes
iehennefilii dupliciter. Primo qui
dem quia male intrant:scilicet con
tra prohibitionem ecclesie. Secun
do quia etiam male exeunt aposta
tando.ergo qui eos inducūt de di
uine maledictionis incurrunt. ¶
Item hoc videtur esse contra ne
cessitatem ꝓbationis.Dicitur enī
prima Joh.4.Nolite omni spiritui
credere:sed ꝓbate spiritus si a deo
sunt.Hoc autem non videtur esse
a deo vt tales religionem ingredi
antur: cum frequenter exeant post
ingressum. Dicitur enim actuū.5°.
Si est ex hominibus consilium hoc
⁊ opus dissoluetur.Si uero ex deo
est consilium non poteritis dissol
uere. ergo videtur q̄ contra deuz
faciant qui eos inducunt. ¶ Sȝ ɔᵗ
Quicunq; potest se obligare dya
bolo:potest etiam se obligare deo.
Sed pueri possunt se obligare dya
bolo peccando vt dicitur extra de
delictis puerorum .c. Pueris. ergo
etiam possunt se obligare voto vl'
iuramento ad seruiendum deo in
religione. ¶ Preterea,zo.q.i.dicit
Q̄ firma erit virginitatis ꝓfessio
exquo adulta iam etas esse incepe
rit:⁊ que solet apta nuptiis depu
tari.ergo possunt etiam in tali eta
te aliqui obligari ad religionē vo
to vel iuramento. ¶ Responsio di
cendum q̄ humani actus ꝓpter di
uersos casus vniforme iudiciū ha
bere non possunt.nec tamen si con
tingit aliquid in aliquo casu esse
malum: ꝓpter hoc iudicandum est
esse simpliciter illicitum. Posset q̄
contingere aliquis casus in quo ali
quem adolescentem ad religioneȝ
obligare vel etiam recipere illicitū
esset.puta si constaret vel probabi
liter crederetur de eius inconstan
tia:vel si quid aliud esset huiusmo
di : que diligenter considerantur
in religionibus bene institutis.Di
cere autem q̄ malum est recipere
adolescentes ad religionem est dy
abolicum.quia super illud Exodi.5
Quare Moyses ⁊ Aaron sollicita
tis populum ab operibus suis. dic
glosa origin. Hodie quoq; si Moy
ses ⁊ Aaron.i.propheticus ⁊ sacer
dotalis sermo animam sollicitet ad
seruicium dei exire de seculo: renū
ciare omnibus que possidet:atten
dere legi ⁊ ꝟbo dei: ɔtinue audies
vnanimes ⁊ amicos Pharaonis di

centes. Uidete quomodo seducũt
homines ⁊ peruertuntur adolescẽ
tes. ⁊ postea hec erant tunc verba
Pharaonis. ⁊ nunc amici eius lo/
quunt. Est etiam contra xp̄i prece/
ptum. Dicitur enim Math. 19. Qꝫ
oblati sunt ei paruuli vt manꝰ eis
imponeret ⁊ oraret. discipli autem
increpabant eos. Jh̄s autem ait eis
Sinite paruulos: ⁊ nolite prohibere
eos venire ad me. Quod exponens
Origenes super Math. dicit. ꝙ di
scipuli Jh̄u priusq̄ discant rõnem
iusticie: reprehendũt eos q̄ pueros
⁊ infantes offerũt xp̄o. Dominꝰ aũt
exhortat discipulos suos ꝯdescen/
dere vtilitatibꝰ puerorũ. Hoc ergo
attendere debemꝰ ne per estimati
onẽ sapientie excellẽtioris ꝯtemna
mus quasi magni pusillos ecclesie p
hibentes pueros venire ad Jh̄um.
Si tamen pueri infantũ essent vt
nondũ vsũ rationis haberent: illi/
citũ esset eos ad religionẽ attrahẽ
absq; consensu parentũ. non quia
etiam infra ãnos pubertatis pueri
in religione recipi non possunt de
consensu parentũ. quia vt dr̄. 20. q.
.i. c. Addidisti. Et monachi ⁊ gcũ/
q; etiam pueri infantie annis a pa
rentibꝰ monasterio tradi possunt.
Sed hoc ideo dictũ est. quia pueri
quousq; ad ãnos discretionis per/
uenerint: sunt secũdũ ius naturale
in potestate parentũ. vnde sic inui
tis parentibꝰ non sũt infideliũ filii
ad baptismũ rapiendi. ita etiam nõ
sũt religioni applicandi. Jam ꝟo
postq̄ vsũ rationis habuerint: per
liberũ arbitriũ habent sui ipsiꝰ po/
testatem in his q̄ ad anime spectãt
salutẽ. vnde inuitis parentibꝰ pñt
⁊ ad baptismũ ⁊ ad religionẽ in/
duci. De volũtate aũt parentũ eti/
am in infantia ad baptismũ recipi/
unt ex ordinatione apl'orũ. vt Dio/
nysiꝰ dicit vltimo capitulo celestis
ierarchie. vt in rebꝰ diuinis pueri
nutriant: ⁊ nõ habeãt aliam vitã
nisi diuinã ꝯtemplationẽ. Et eadẽ
rõne in infantie annis monasteriis
pueri a parentibꝰ offerũt: vt dictũ
est. Sed quia in q̄stione addit de
obligatione iuramenti ⁊ voti: ne
hoc remaneat ĩdiscussũ: ꝯsiderari
debet ꝙ secũdũ diuersam ꝯditio/
nem inuenũ est in talibꝰ ꝓcedendũ
Si enim essent adeo firmi ꝙ non ti
merent a religionis ꝓposito resilere
non esset necessariũ eos iuramẽto
vel voto obligare. Et similr̄ si eẽnt
adeo mobiles: ꝙ nec etiã crederẽt
iuramẽto vel voto posse firmari: s
vt plurimũ ꝯtingit ꝙ simplex ꝓpo
situ de facili mutant. obligatione: n
aũt voti vl' iuramẽti omnino ob/
seruant. vnde cũ voto vl' iuramẽt ꝯ
ad frugẽ melioris vite obligantur
magnũ beneficiũ eis p̄stat. Unde
Augustinꝰ dicit in epistola ad Ar
mariũ ⁊ Paulinũ. Nõ te vouisse
peniteat. immo gaude iam tibi nõ
licẽ quod cum tuo detrimẽto lic i
isset. Felix est necessitas que in meli
ora compellit. ¶ Ad primum ergo
dicẽdum ꝙ Innocẽtius in quibus
dam litteris ad religiosos directis
q̄ incipiũt. Nõ solũ in fauorẽ. sic dic
Uobis de frũ nr̄orũ ꝯsilio ĩ ꝟtute

… infideliũ sunt rapiẽdi ad baptismũ inuitis parẽtibꝰ

obedientie sub pena excōicationis auctoritate presentium districtius inhibemus. ne ante ānum probationis elapsum: qui est maxime in subsidium fragilitatis humane regulariter institutus quenq̄ ad ꝓfessionem vestri ordinis: seu ad renūciationē seculi faciendam recipere ꝑsumatis. Qꝫ autem ad probationē non recipiantur iuuenes: vel ꝙ voto vel iuramento non obligentur ad intrandum sine preiudicio temporis probationis nunq̄ inuenitur prohibitum. ¶ Ad secundum dicēdum ꝙ legitima etas indicatur tēpore pubertatis. vt patet per capitulum inductum. Tunc enim maxime incipit homo liberum vsum rationis habere de his que pertinent ad suam salutem. Est autem sciendum ꝙ est duplex necessitas. Una que excludit voluntatem. scilicet necessitas coactionis. ⁊ alia que ex voluntaria obligatione causatur: ⁊ voluntatem non excludit. ⁊ huiusmodi est obligatio iuramenti: vel voti. vnde per coactionem nō sunt trahēdi homines vel ad fidē vel ad religionē: sed voto vel iuramēto ad hoc eos obligare nihil prohibet. ⁊ de hac necessitate aug. dicit. Felix necessitas que in meliora compellit. Et per hoc patet solutio ad tertium. ¶ Ad quartū dicēdum ꝙ in rebus volūtariis sicut ⁊ in naturalibꝰ non est iudicādū facile quod contingit in paucioribꝰ sed quod contingit vt in pluribus Qꝫ autem intrantea religionē exeant: hoc cōtingit vt in paucioribꝰ multo enim plures de intrantibus remanent vt experimēto ꝓbatur: q̄ exeant. ¶ Ad quintum dicendū ꝙ cum dicitur. Non sunt facienda bona vt veniant mala. si ly vt teneat causaliter est omnino verum peccaret enim si quis ex intentione aliquem ad intrandū religionem induceret: vt postmodū apostataret. Si vero ly vt tenetur ꝯsecutiue: sic ab omnibus bonis esset abstinendū: quia vix sunt aliqua hūana bona ex quibus occasionaliter non possunt sequi aliqua mala. Unde dicitur Eccl'. xi. Qui obseruat ventum non seminat. ⁊ qui cōsiderat nubes nunq̄ metet. ¶ Tunc autem solum aliquod bonum esset pretermittendum ꝓpter ꝯsequens malū: quando malū cōsequēs esset multo maius q̄ bonū. ⁊ vt frequentiꝰ accideret. Dominꝰ autē non pretermisit eligere duodecim discipulos ex quibus vnus erat futurus dyabolus. vt dicit Joh. 6°. nec apostoli pretermiserunt eligere septem dyacones propter vnum Nicolaum: qui ex eis periit. Multo ḡ minꝰ religiosi debent ꝑtermittere multoꝝ salutem ꝓpter paucos qui apostatare inueniūt. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ illi q̄ obligati iuramēto vl' voto religionē intrāt: nō faciūt ꝯtra ꝓhibitiōeꝫ ecclesie vt ostensum est. vnde ex hoc ꝙ intrant nō efficiūt filii iehēne: ſ filii vite eterne: quaꝫ dominꝰ ꝓmittit Mat. 19. relinquētibus tpalia ꝓpter ipm: ſ ex hoc ꝙ exeunt post professionem efficiunt iehenne filii. sed hoc non ꝑiudicat

recipientibus eos: nisi eorum malis exemplis sint peruersi. vñ signãter dominus dicit. Facitis eum filium iehēne duplo q̄ vos. q̃a vt Crisostimus dicit. Maloꝝ magroꝝ prouocat⁹ exemplo fiebat peior magistris ¶ Ad septimũ dõ q̄ rõ illa sapit manicheoꝝ heresim: qui hanc rõnē ad duas erroneas ↄclusiones adducũt. Primo quidē ad hoc q̄ omnia corpora corruptibilia non sint a dõ Si enim inquiunt a deo essent non dissoluerent. Secũdo ad hoc q̄ caritas semel habita nunq̄ amittat: ita q̄ qui peccat mortaliter nunq̄ grãm habuit. Si enim inq̃ũt grãm habuisset: hoc fuisset op⁹ dei. ⁊ ita dissolutũ non fuisset. quod etiã hec ratio intendit. vt scilicet si aliquis non perseuerat in religione: q̄ ꝓpositum de intrando religionē a deo non fuerit. Est ergo sciendũ q̄ verba illa non dicunt ad ostēdēdũ q̄ illa que sunt a deo ī perpetuũ maneāt: ⁊ corrũpi non possunt. sed ad ostēdendũ infallibilitatē diuine ꝓuidētie. Non enim potest esse vt dei ꝓuidentia fallat. vnde signãter nõ dicit opus dei esse indissolubile: s consiliũ. Secũdũ ergo diuinã ꝓuidentiã quibusdã dat donũ gratie ad p̄ntem iusticiã: ⁊ tamen nõ dat eis donũ pſeuerantie. Quibusdam autem datur etiam donum perseuerantie. vt patet per Augustinũ in li. de bono pseuerãtie.

¶ Articul⁹. ij⁹.

Ad secundũ sic proceditur. Uidet q̄ illi qui obligati sunt voto vel iuramento ad intrandũ religionē non teneãt intrare. Omnis enim xp̄i actio nostra est instructio. Sed domin⁹ non imponebat homini b⁹ necessitatem sed hoc relinquebatur eoꝝ libere voluntati. vnde dicebat cuidã: vt habet Mathei. 19. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. Et iterum Si vis perfect⁹ esse vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus Et apostol⁹ p̄ma ad Cor. 7. De virginibus autem preceptum domini non habeo. consiliũ autem do. ergo videt q̄ non ex necessitate teneat aliqui religionem intrare propter iuramentum vel votum. ¶ Preterea null⁹ potest iuramento vel voto obligari ad aliquid ī quo detrimentũ perfectionis patiat. Sed per hoc q̄ aliqui religionē intrant detrimentũ perfectionis patiunt. impediunt enim ꝓpter religionis obseruantiã a visitatione infirmoꝝ ⁊ collectione ecclesiarũ: ⁊ aliis operibus pietatis: in qua summa xp̄iane religionis ↄsistit. vt Ambrosius dicit super illud prima ad Thimotheum q̃rto. Pietas ad omnia vtilis est. Ergo illi qui iurauerunt vel vouerunt religionem intrare non tenentur. ¶ Preterea Prosper dicit in secundo de vita ↄtemplatiua. Sic abstinere vel ieiunare debem⁹ vt non nos ieiunandi vel abstinēdi necessitati subdamus. Sed illi q̄ sunt in religione ex necessitate voti vel obedientie abstinent vel ieiunant. ergo minus merentur. Nõ ergo ad religionis statum potest aliq̄s iuramento vel voto obligari

¶ Preterea ꝟtus est circa difficile ⁊ bonū. Sed difficili⁹ est bn̄ viuē ī seculo q̄ȝ in religione. ḡ magis est ꝟtuosum. Nō ḡ ad statū religiōis aliquis iuramēto aut voto obligari pōt. ¶ Pretēa ↄmunis utilitas ꝓferenda est bono ꝑuato. Sȝ ꝑ hoc ꝙ aliqui religionē intrant derogatur ↄmuni vtilitati. Si enī omnes religionē intrarent: nō essent q̄ plebiū curā agerēt: ⁊ ita populus sine rectorib⁹ remaneret. ḡ meli⁹ faciūt si nō intrāt religionē q̄ si intrent.

¶ Sȝ ↄtra est ꝙ dr̄ in ps. Uouete ⁊ reddite dn̄o deo vestro. vbi dic̄ glo. Q: vouete volūtati ↄsulit̄. sed post voti ꝓmissionē redditio ccio exigit̄. ¶ Itē eccl̄.5. dr̄. Si quid vouisti deo: ne moreris redde. displicet enī ei infidelis ⁊ stulta ꝓmissio

¶ Preterea aug. dicit in ep̄l'a ad Armariū ⁊ Paulinā. Quia iā vouisti: iā te obstrinxisti. aliud tibi facere non licet. priusq̄ esses voti re⁹ liber fuit ꝙ esses inferior. quanuis non sit gratulāda libertas: qua fit vt nō debeat̄ q̄d cū lucro reddit̄.

¶ Re° dō ꝙ dicere ꝙ illi q voto uł iuramēto sunt obligati ad intrandū religionē: nō teneant̄ intrare: est manifeste hereticū. Quicūq: .n. dicit non esse peccatū id q̄d est ↄ̄ ꝑceptū dei heretic⁹ iudicat̄: sic hereticꝰ iudicaret̄ qcūq: diceret ꝙ fornicatio simpl'r nō sit peccatū mortale. est enī ↄtra hoc ꝑceptū. Non mechaberis. vt sancti exponūt. Sūt aūt excellētiora ꝑcepta ꝑme tabule que ordināt̄ ad dilectionē dei: q̄ȝ ꝑcepta z° tabule que ordināt̄ ad dilectionē ꝓximi. vn̄ qcūq: dicit ꝙ sin̄ peccato ꝑteriri possit aliquid ꝑtinens ad ꝑcepta ꝑme tabule ē manifeste heretic⁹. Cū aūt impletio voti pertineat ad latriā: manifestū ē ꝙ qcūq: dicit votū non esse implēdū loquit̄ ↄtra ꝑmū ꝑceptū ꝑme tabule. quod est de cultu latrie soli deo exhibēdo. Qui ꝟo dicit iuramētuȝ non esse implēdū loquit̄ ↄtra z^m ꝑceptū ꝑ^e tabule. q̄d ē. Nō assumes nomē dei tui ī vanū. Un̄ manifeste est heretic⁹ qcūq: hoc dic̄: nisi forte dicat ꝙ intrare religionē sit illicitum. Iuramēta enī vel vota facta de reb⁹ illicitis nō sunt obligatoria s̄m illud Isidori. In malis ꝓmissis rescinde fidē. Sȝ h̄ iterū ē hereticū dicē: ꝙ non sit licitū intrare religionē. Est enī exp̄sse ↄtra xp̄i ↄsilia. vn̄ quicunq: dicit ꝙ ille qui est obligat⁹ voto vel iuramēto ad intrandū religionē: pōt absq: p̄ctō in seculo remanē: est manifeste h̄rtic⁹ si tn̄ in hoc pertinaciter ꝑseueret.

¶ Ad ꝑmū ḡ dō ꝙ necessitas voti vel iuramēti nō excludit volūtatē vt supra dictū est. Sicut eniȝ aliqs ex lege ↄmuni obligat̄ ad seruāda dei ꝑcepta: que tn̄ voluntarie fuat vn̄ ⁊ dn̄s dicit. Si vis ad vitam īgredi serua mādata. sic ille q enī sit iuramentū vel votū obligat̄ ex quadā ꝑuata obligatione. ⁊ tamen voluntarie implet iuramentū vel votum. ita tn̄ ꝙ an̄ iuramētū vel votū licitū est ei facē vel nō facē. vn̄ ⁊ dn̄s dixit. Si vis ꝑfectus esse ⁊ Paul⁹ de ꝟgīitate ↄsiliū dat. s̄ p⁹ iuramētū uł uotū illicitū ē nō īplē.

Ad zᵐ dicendū ꝙ illa rō ꝯtinet
heresim damnatam.s. ꝙ melius sit
in seculo remanere: ⁊ opibꝰ pietatis
vacare: ꝙ̄ religionē intrare. Conti
net enim inter errores Uigilantii
ꝯtra quē Hiero. scribēs dicit. Ista
venena pfidie catholice fidei soci/
ate conat impugnare ꝟginitatem:
odisse pudicitiā: in ꝯuiuio seclariū
ꝯtra sanctoꝝ ieiunia declamare: ⁊
postmodū ꝯtra singulos articulos
a Uigilantio ꝓpositos disputās ve
nit ad istū articulū dicēs. Qz autē
asserit eos meliꝰ facere q vtūt rebꝰ
suis: ⁊ paulatim fructꝰ possessionū
paupibꝰ diuidūt: ꝙ̄ illos q possessi/
onibꝰ venūdatis semel oīa largiūt
non a me ei: s a deo rn̄debit. Si uis
esse pfectꝰ: vade ⁊ vende omnia q̄
habes: ⁊ da paupibꝰ: ⁊ veni sequer
me. Iste quez tu laudas secūdꝰ aut
tertiꝰ gradꝰ est: quē ⁊ nos recipimꝰ
dūmō sciamꝰ pma secūdis ⁊ tertiis
ꝑferēda. Et iō in li. de ecclesiasticis
dogmatibꝰ cū aliis erroribꝰ etiam
iste damnat: cū dr. Bonū est facul/
tates cum dispēsatione pauperibꝰ
erogare. meliꝰ est ꝓ intentōe sequē
di deū insimul donare: ⁊ absolutū
sollicitudine egere cū xp̄o. nec solꝰ
status religionis ꝑfert elemosinis:
quas quis facit in seculo: s etiā ꝟgi
nitati in seculo obseruate. Dicit.n.
aug. in li. de ꝟginitate. Nemo q̄tuz
puto ausus fuit uirginitatē ꝑferre
monasterio. Ad tertiū dō ꝙ idē
opus factū ex voto laudabiliꝰ ⁊ ma
gis meritoriū est ꝙ̄ si fiat sine uoto
quod ex hoc pz: quia cuz omnis actꝰ
de se tanto est magis laudabilis ⁊
meritoriꝰ: quāto ex digniori ꝟtute
ꝓcedit: sicut opus iusticie: si fiat ex
caritate laudabiliꝰ erit. Manifestū
est aūt ꝙ cum aliquis ieiunat absqꝫ
voto: facit actū ꝟtutis: qui est absti
nentia. Cum aūt ieiunat implēs uo
tum: actū abstinētie facit ex latria:
que cū ordinet nos ad deū: est no/
bilior ꝟtus ꝙ̄ abstinentia: vel que/
cunqꝫ alia virtus que ordinat nos
circa bona creata. ꝓpter qđ ⁊ aug.
dicit in li. de ꝟginitate. Qz nec ꝟgi
nitas quia virginitas eiꝰ honorat
s quia est deo dicta: quam vouet ⁊
seruat continentia pietatis. Qz ergo
Prosper dīc sic abstinē vl ieiunare
debemus: vt non nos ieiunandi ul
abstinendi necessitati sbdamꝰ: in/
telligendum est de necessitate coa
ctionis: que voluntatem excludit.
Unde sbdit. Ne iam non deuoti: s
inuiti rem voluntariam faciamus
Necessitas autem voti ⁊ iuramēti
non excludit voluntatem vt dictū
Dicendum autem est vlterius ꝙ si
illis qui ieiunant ex voto non placꝫ
secundum se ieiunium: placet tamē
sibi impletio voti. magis meretur
ceteris paribus ꝙ̄ ille ieiunans cui
placet secundum se ieiunium: quia
magis est meritorium delectari in
actu latrie ꝙ̄ in actu abstinentie.
Ad quartum dicendum ꝙ du/
plex est difficultas. Una que est ex
arduitate operis. sicut virginita/
tem seruare ⁊ huiusmodi. ⁊ talis
difficultas facit ad augmentū vir
tutis. Alia difficultas est ex impe/
dimentis ⁊ periculis imminentibꝰ
Et talis difficultas non facit ad

augmētū ꝟtutis: ſ ad diminutōez ipſius. Non enī videt̄ eſſe prudēs nec multū amare bonum virtutis qui pericula non cauet. ⁊ ta'is diſficultas ad bn̄ viuendū iminet in ſeculo remanētib⁹. ¶ Ad quintum dō ꝙ illa fuit rō Uigilantii hr̄tici vt pȝ p Hiero. qui dicit in li. cōtra Uigilantiū. Non ſunt a ſtudio ſuo monachi deterrendi: quanuis a te lingue viperee morſus ſeuiſſimos patiunt̄: quib⁹ argumētaris ⁊ dic̄. Si omnes ſe clauſerint ⁊ fuerint ī ſolitudine: quis celebrabit eccleſias quis ſeculares homines lucrifaciat quis peccātes ad virtutes poterit exhortari. Hoc enim mō ſi oēs tecū fatui ſint: ſapiens eſſe quis poterit. ⁊ ꝟginitas non erit approbāda. Si enim omnes ꝟginea fuerint: nuptie non erunt. interibit humanū gen⁹ Rara ē ꝟtus. nec a plurib⁹ appetit̄ Stult⁹ eſt ꝙ̄ hi⁹ timor cū religiōis bonū ſit tam difficile ⁊ arduū: vt pauci religionē intrēt in ꝯpatiōe multitudinis in ſeculo remanentiū ſicut ſi quis timeret haurire aquā: ne flumen deficeret.

¶ Articulus. iȝ⁹.

AD tertiū ſic ꝓcedit̄. Uidetur ꝙ illi qui ſunt ī ſeculo peccatores non ſunt ad religionē attrhēdi. Oportet enī ꝑus exercitari in opib⁹ p̄ceptoꝝ ꝙ̄ intre ad impletionē ꝯſilioꝝ: vt de minori ꝑueniat̄ ad mai⁹. Sȝ illi q ſunt peccatores in ſeculo nō ſunt exercitati in opib⁹ p̄ceptoꝝ. ꝙ̄ nō ſunt attrahendi vel recipiendi in religione: in qua opȝ ſeruari ꝯſilia. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ dn̄s matheū publicanū ad ſtatū ꝑfectionis vocauit. vt hr̄ Math. 9⁰. Dn̄s aūt xp̄i actio noſtra eſt inſtructio. ꝙ̄ etiam ⁊ nos debemus peccatores qui ſunt in ſeculo ad religionē aduocare ⁊ ſuſcipere ¶ R⁰ dō vt maxime vtile eſt peccatorib⁹ vt ad religionē tranſeant Peccatorib⁹ enī duo ſūt neceſſaria ad ſalutē. Primo qdem vt de peccatis p̄teritis pn̄iam agant. 2⁰ vt de cetero a peccatis abſtineāt. Ad vtrūq aūt hoꝝ maxime operat̄ religio. Primo enim ſtat⁹ religionis eſt ſtat⁹ perfecte penitentie ita vt nulla ſatiſfactio adequari pōt pn̄ie religioſoꝝ: q ⁊ ſe ⁊ ſua totalr̄ deodant. vn̄ ꝓ nullo pctō imponi pōt homini ꝑ pn̄ia vt religionē īntroeat in ꝯmutatōez ſatiſfactiōis: quātūcūq grauis: ꝯſulit̄ religionis ingreſſus. vt patȝ. 38. q z. c. āmonere. vbi Stephan⁹ papa quēdā q vxorē interfecerat inducit vt ingrediat̄ monaſteriū: ⁊ humiliat⁹ ſb manu abbatis ꝯcta obſeruet q̄ ſibi fuerint imperata. alioqn iniūgit ei ꝟuiſſimā pn̄iam: ſi eligit in ſeculo remanere. Silr̄ etiam ad virāda peccata plurimū valet religionis ſtat⁹ Difficile.n. ē ꝙ in ſeculo ꝯmorātes a reb⁹ mūdi nō alliciant̄. ꝓpter qd Mat. 19. ſm expoſitionē Criſo. dn̄s h dic̄ eē impoſſibile: ꝙ diues qui.ſ. diuitiis inheret ꝑ amorē intret in regnū celoꝝ. ſ ꝙ diues q hȝ diuitias ītret ē valde difficile. vn̄ ⁊ eccl. 31. dr̄. Beat⁹ diues q inuent⁹ ē ſine macula. Et huiuſmodi difficultatē ſbdit dicēs. q̄s ē h ⁊ laudabim⁹ eū.

propter qđ v᷑ Greg. dič. sā̃cti viri ut ab illicitis abstineant: etiā licita ꝯtermittūt. vñ manifestū ē ꝙ non peccant: ꝫ laudādi sunt qui pecca tores ad religionē trahūt. Nam ⁊ dñs de seipso dicit. Non veni vo care iustos ꝫ peccatores ad pniam.

¶ Ad illū ḡ qđ in ꝯtrariū obr̄ dđ ꝙ illa rō ꝓcedit ⁊ ꝯtra rōnem do ctrine euāgelice: ⁊ ꝯtra rōnē pħie. Et ꝯtra doctrinā quidē euāgelicā qa ꝯsilia euangelica ad hoc danť: vt ꝑ ea homo facilꝰ salutē ꝯsequa tur. vñ statꝰ secularium periculosior esse dr̄ ꝙ̄ religionis statꝰ. Stultū ē aūt dicere ꝙ alicui qui debilior est ꝓpter peccata que ꝯmisit: nō sit ad securiorē viā fugiēdū. Est etiā ꝯr̄ doctrinā pħicā: que docet illos qui sunt ad vitia proni in ꝯtrariū de bere reflecti: sicut faciunt illi q tor tuosa lignoꝝ dirigunt.

¶ Articulꝰ. 14ꝰ.

Ad quartū sic ꝓcediť. Uide tur ꝙ aliqs absqꝫ peccato possit aliquē iuramēto astrī gē ad hoc ꝙ religionem nō intret. Qđ enī licitū est fieri licitū est iu rare. Sꝫ licitū est alicui seculari ꝙ nunꝙ̄ religionē intret. ḡ licite pōt hoc iurare. Qui ergo tali iuramēto aliquem astringit non peccat: qa ñ facit eū iurare aliqđ illicitū. ¶ Sꝫ ꝯtra. Propositū intrādi religionē a spū sancto est: vt hr̄. 19. q. 1. c. Due Sꝫ resistere instinctui spūs sā̃cti est graue peccatū: de quo Stephanus reþēdit iudeos. Act. 7. dicēs. Uos semp spūi sancto restitistis. ḡ ille q aliquē iuramēto astringit ad non intrādū religionē grauiter peccat.

¶ Rñsio dicēdū ꝙ sicut supradi ctum est in actibꝰ humanis non est aliquid simpliciter iudicandū lici tum vel illicitum ꝓpter id quo ĩ ac cidit ĩ aliquo particulari casu: sed propter id quod est vt in pluribus sicut etiam in rebus naturalibꝰ ꝯsi derať quod in pluribus est. Contin git autem in aliquo casu ꝙ absqꝫ peccato aliquis potest astringere aliquē iuramento ad hoc ꝙ religi onem non intret. puta si esset ma trimonio ligatus: ⁊ vellet absqꝫ cō sensu vxoris religionē intrare: vel in casibꝰ sĩlibꝰ. Simplr̄ aūt loquen do inducere aliquē ad iurandū ꝙ religionē non intret: graue ē pctm̄. Si enim aliquis vellet religionē in trare: ⁊ īminēt opportunitas tpis ⁊ oēs circūstātie ꝯuenirēt: grauiť peccaret qui eū ab ingressu religi onis ꝓhiberet. Unde dñs Mat. 23. ꝯminať de phariseis q nec ipsi in trabant in regnū celoꝝ: nec alios intrare sinebant. Cum autem aliqs facit aliquem iurare ꝙ religionem nō intrabit: impedit eum quantū in se est ab ingressu religionis ꝫm quodcunqꝫ tpūs ⁊ secundum quā cunqꝫ circunstantiam opportunā. quia in vniuersali includūť omnia particularia. vnde manifestum est ꝙ grauiter peccat. ¶ Ad id vero quod obr̄ in ꝯtrarium dicendum. ꝙ quāuis licitū sit ab aliquo bono opere abstinere. tamē illicitū est vl̄ sibi vel alii impedimentū apponē: quo minꝰ in illud bonum opus pro cedere possit. sicut licitū ē nō dare

elemosinam huic pauperi. illicitum
tamē est se vel aliū iuramēto astrī
gere ad hoc ꝙ alicui elemosina nō
detur. cuius ratio est: quia p̄eter/
mittere actū ꝟtutis potest aliquia
absq̧ peccato. eo ꝙ p̄cepta affirma
tiua que sunt de actib⁹ ꝟtutū non
obligāt ad semp. Sꝫ impedimētuꝫ
boni operis directe ꝟtuti ꝯtrariatˀ
⁊ ideo cadit sb̄ ꝓhibitione p̄cepti
negatiui: qđ obligat ad semp. vn̄
omnia talia iuramēta sunt illicita:
nec sunt obseruanda. ſ illi qui hoc
iurant iurādo piuri fiunt. qa iura/
mētū hoīem obligare nō pōt ꝯtra
caritatē dī ⁊ ꝓximi. vn̄ q̄uis licitū
sit alicui religionē n̄ intr̄re. illicitū
tn̄. ē impedimētū iuramēti appon̄e
sibi vel alii. Est enim ꝯtra ꝑfectiōeꝫ
vite: ⁊ ꝯtra consilium xp̄i.

d

Einde quesita sunt tria de
his que ꝯpetūt in religiōe
exn̄tib⁹. ¶ Primo vtꝝ re/
ligiosus qui nihil vꝫ habere ĩ ꝓ̄pio
vel ꝯmuni possit elemosinā facē de
his q̄ sibi ab aliis in elemosinā dātˀ.
2° vtꝝ aliquis in religione exn̄s
sciens patrē suū graui necessitate
opprimi possit exire absq̧ licentia
prelati sui: vt sb̄ueniat patri. ¶ 3°
vtrū stat⁹ religionis sit ꝑfectior q̄
stat⁹ sacerdotū ꝓchialiū ⁊ archi
dyaconorum.

¶ Articul⁹. i⁹.

Ad p̄mū sic p̄cedit. Videtˀ
ꝙ religiosi qui nihil hn̄t
in ꝓ̄pio vel ꝯmuni: n̄ pn̄t
elemosinā facere: que eis ꝓficiat. nō
enī ꝓficit elemosina facienti nisi de
bito modo fiat. Sꝫ tales religiosi n̄
pn̄t elemosinā debito modo facere
debet enim elemosina de ꝓ̄pio fieri
ſm illud Thob. 4. Si multū tibi fu
erit abundanter tribue. Si autem
modicū idipsuꝫ libēter impartire
stude. ḡ tales religiosi: q nihil suuꝫ
hn̄t nec in ꝓ̄prio nec in ꝯmuni non
possunt elemosinā facere: que eis ꝓ
ficiat. Sed si quam elemosinam de
elemosinis sibi factis faciūt eis ꝓfic̄
a quibus elemosinā p̄ceperūt. Sꝫ
ꝯtra. Inter alia opera elemosinaꝝ
largitio plurimū inuenitˀ eē fructu/
osa. Dicitˀ eniꝫ Dan. 5. Peccata tua
elemosinis redime. Si ergo religio/
si elemosinas facere non possunt q̄
eis proficiant: videtur esse peioris
ꝯditionis q̄ alii etiam in sp̄ualib⁹
bonis. ¶ R° dicendum ꝙ religiosi
quamuis ꝓ̄prium habere non pn̄t:
possunt tamen aliquaꝝ rerum dis/
pensationem habere: siue de fructi/
bus possessionū ꝯmuniū: siue etiam
de elemosinis particulariter eis col
latis. nec refert quantū ad ꝓpositū
pertinet: vtrum huiusmodi dispē/
satione habeant auctoritate sui or/
dinis: vel auctoritate alicuius sup̄i
oris prelati. His ergo quib⁹ dispē/
satio ꝯmissa est: possunt meritorie
elemosinam facere de bonis q̄ eoꝝ
dispensationi ꝯmittuntˀ: ſm ꝙ eis
ꝯmittitˀ. ⁊ hi⁹ elemosina meritoria
est ⁊ eis qui minime ministerium
exequuntˀ: ⁊ illis quorum vsib⁹ hi⁹
res deputate noscuntur. Si vero
aliquis religiosus sit cui non sit hu
iusmodi rerum dispensatio ꝯmissa
ei non licet elemosinam facere. Et
per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Articulus .16.

AD 2m sic pcedit. Videt q religiosus si videat pre͡m suu͡ esse in necessitate etia͡ absq plati sui licentia possit claustr exire ad subueniedu͡ pri. No͡.n. ptermittedu͡ est madatu͡ dei pter hoi͡um traditoe͡s. Vn͡ dn͡s Mat.15 otra quosda͡ dicit. Irritu͡ fecistis mandatu͡ dei pter traditoe͡s vr͡as Sz ad subueniedu͡ parentib9 homo astringit p pceptu͡ diuinu͡. Honora patre͡ tuu͡ et matre͡ tua͡. in quo gde͡ honore intellr necio͡ subuentio. g videt q no͡ obstantib9 religio͡is obseruatiis: que sunt hoi͡um statuta: debeat aliqs religiosus exire claustru͡ ad subueniedu͡ paretib9 secudu͡ pceptu͡ dei. ¶ Sed otra. Spu͡alia semper pferenda sunt carnalibus. Sz religiosi se obligauerut ad obsequiu͡ spu͡alis patris. s. dei cui magis tenemur fm illud ad hebr.12. Quanto magis obtepabim9 patri spu͡ali et viuem9. No͡ g debent dimittere sui ordinis obseruatias ut parentib9 carnalib9 ministre͡t. ¶ Rn͡o dd q aliter est dicedu͡ de illo q no͡du͡ religione͡ intrauit: et aliter d illo qui iam in religione est pfessus Ille enim qui no͡du͡ religione͡ intrauit: si videat patre͡ suu͡ in magna nccitate: cui p aliu͡ subueniri n͡ possz n͡ dz religione͡ intrare: s tenet ministrare parentib9: maxime si absq periculo peccati possit in seculo remanere. Si vo p aliu͡ possit ei9 paretib9 ministrare: potest si vult religione͡ intrare. Vn͡ Criso. exponens illd. dimitte mortuos sepelire mortuos suos. dicit. q malu͡ est abduce͡ homine͡ a spu͡alib9: et maxime cum fuerint qui ministeriu͡ paretu͡ opleant. Erant enim aliqui: qui co͡plere possent illius funeris sepulturam. Postq͡ vero aliquis est iam in religione pfessus est mortuus mundo. vnde p spu͡ale͡ morte͡ deobligat a cura impendeda parentibus: sicut etiam deobligaret p morte͡ corpale͡ et ideo no͡ peccat: nec otra pceptuz dei agit: si in claustro remaneat sb pcepto plati sui paretu͡ ministratione ptermissa. Est enim fact9 impotes ad reddedu͡ debitu͡ minister iu͡ absq ppria culpa. Debet tn͡ quatu͡ potest salua ordinis obedientia satagere vt p se vel p aliu͡ suis paretibus subueniat: si in necessitate fuerint ostituti. ¶ Ad illud vero qd in otrariu͡ obr dd q religiosus tenet ad implendu͡ id qd ad religione͡ ptinet no͡ solu͡ ex traditione humana: sed etiam ex pcepto diuino. Obligat enim ex voto emisso ad obediedu͡ platis suis. Impletio au͡t voti cadit sb pcepto diuino.

¶ Articulus .17.

AD tertiu͡ sic pcedit. Videt q psbri prochiales et archidyaconi sint maioris pfectionis q͡ religiosi. Dicit eni͡ Criso. in suo dyalogo. Si tale͡ mihi alique͡ adducas monachu͡ qualis vt scd͡m exaggeratione͡ dica͡ Helyas fuit. non tn͡ illi oparad9 est qui tradit9 populis et multoz peccata ferre co͡pulsus immobilis pseuerauit: et fortis. et paru͡ post dicit. Si quis mihi pponeret optione͡: vbi malle͡ place͡

in officio sacerdotali an in solitudi-
ne monachoꝝ: sine ꝯpatione elige-
rē illud qđ ꝑus dixi: nec cessabam
laudās ⁊ beatos ꝓnūtians eos qui
officiū eccl'ie bñ administrare po-
tuissent. ⁊ qđ laudabā tāto studio
⁊ beatū ꝓnūtiabā non vtiqꝫ defu-
gerē: si idoneū me ad hu͛ guberna-
tionē viderē. Et in sequēti. c. post-
modū dicit. Bñ inquā āmonuisti
dulcissime. Istoꝝ eni. s. secularium
nec recordari opꝫ cū de sacerdotio
sit q̄stio. Verꝫ si quia in ꝯuersatōez
multoꝝ posit͛ pōt imperturbatū illū
nitorē plene sanctitatis ⁊ ꝯtinētie
splēdorē: ⁊ alia monachoꝝ bona in-
corrupta ⁊ inconcussa seruare oīb͛
est ꝑferēd͛. Ex quib͛ omnib͛ videt
ꝙ p̄sbri ꝓchiales ⁊ archidyaconi
si bene in ministerio ecclesie viuant
sint omnib͛ etiā religiosis ꝑferendi
¶ Preterea Criso. in eodē li. dicit.
Si qs admīstrato sacerdotio illius
ꝓpositi. s. monachalia sudorea ꝯfe-
rat: tm̄ eos distare reperies: quātū
inter ꝑuatū distat ⁊ regē. ꝫ multo
maius est bñ exercere regis officiū
q̄ cuiuscūqꝫ ꝑsone ꝑuate. g̃ multo
mai͛ est ꝙ sacerdos parrochial' vl'
archidyacon͛ bñ se hēat in suo offi-
cio: q̄ religiosus ī suo. ¶ Preterea
epi sunt in statu ꝑfectiori q̄ religi-
osi. alioquin nō liceret de religione
ad epatū trāsire. Sꝫ p̄sbri ꝓchia-
les ⁊ archidyaconi similiorea sūt epis
q̄ religiosi. quia sicut ep̄s hꝫ curam
aīaꝝ in suo epatu: ita presbr in sua
ꝓchia: ⁊ archidyacon͛ in suo ar-
chidyaconā. g̃ archidyaconi ⁊ ple-
bani sunt magis in statu ꝑfectiōis

q̄ religiosi. ¶ Preterea bonū publi-
cū ꝑferēdū est bono ꝑuato: ⁊ vita
actiua est magis fructuosa q̄ ꝯtem-
platiua: nullūqꝫ sacrificiū ē deo ac-
ceptius q̄ꝫ zelus aīaꝝ. Sꝫ archidya-
coni ⁊ plebani intendūt vtilitati
ꝯmuni multitudinis zelo salutis
aīaꝝ in actiua vita fructificātes. g̃
ꝑferendi sunt religiosis: qui saluti
ꝓprie student: in vita ꝯtemplatiua
deo seruientes. ¶ Preterea cui am-
plius a deo ꝯmissum est magis me-
ret: si bñ administret. Sꝫ sacerdoti
vel archidyacono ampli͛ cōmissuꝫ
videt: quia plus ab eo requiret in
iudicio. g̃ bñ administrādo ampli͛
meret. ¶ Sꝫ ꝯtra ē qđ dr̄. 19. q. i. c.
Due. Si quis in eccl'ia sua ab epo
populū retinet ⁊ seculr̄ viuit: si af-
flatus spū sancto in aliquo mona-
sterio vel regulari canonice salua-
re se voluerit: quia lege ꝑuata du-
cit: nulla rō exigit ut publica ꝯstri-
gat. Sed lex ꝑuata que est lex spūs
sancti vt ibidē ꝫdicit: nunq̄ꝫ ducit
hoīez ꝺ statu magis ꝑfecto ad statū
min͛ ꝑfectū. ꝫ fac hoīem ascēsiones
in corde suo disponē. vt in p̄s. dr̄. g̃
status religiosoꝝ est ꝑfectior q̄ sta-
tus plebanoꝝ. ¶ Rx° dicēdū ꝙ ꝑfe-
ctio spūalis uite ex caritate ꝑesāda
ē: qua qui caret spūalr̄ nihil est. vt
dr̄. i. ad Cor. 13. Ab eius aūt ꝑfectiōe
simplr̄ aliquis dr̄ esse ꝑfect͛. Vñ dr̄
ad Col'. 3°. Sup oīa caritatē hr̄e q̄ ē
vinculū ꝑfectōis. Amor autēꝫ vim
trāsformatiuā habꝫ: qua amans in
amatū quodāmodo trāsfert. vnde
Dio. 4. c. de diuinis no. Est autem
extasim faciens diuinus amor. non

finẽs sui ipoꝝ amãtes esse:ꝟ amato
rũ. Quia ğ totũ ⁊ pfectũ est idem
vt dr̃ in.3.phi.ille pfecte caritatem
h3 qui totalr̃ in deũ p amorẽ trans
formatᷣ: se ipm̃ ⁊ sua omnino post-
ponẽs ꝑpter deũ. Uñ aug⁹. dic.14.
de ci.dei.ꝙ sicut ciuitatẽ babilonis
facit amor sui vsq3 ad ɔtẽptũ dei
ita ciuitatẽ dei facit amor dei vsq3
ad ɔtẽptum sui. Et in li.83.q.ꝙ pfe
ctio caritatis est nulla cupiditas.
Grego.etiã sup Ezech.dicit. Q cũ
quis aliquid suũ deo vouet ⁊ ali-
quid non vouet sacrificiũ est. Cum
ꝟo omne quod h3. omne qδ viuit.
omne qδ sapit oĩpotẽti deo vouet
holocaustũ est: qδ latina lingua dr̃
totũ incensum. Cuiuscũq3 ğ mẽs sic
est effecta interi⁹: vt se ipsũ ⁊ oĩa
sua ɔtemnat ꝑpter deum ꝟm illud
apl̃i ad phil.3. Que mihi aliqñ fue-
runt lucra: arbitrat⁹ sũ vt stercora
vt xp̃m lucrifaciã, iste perfect⁹ est:
siue sit religiosus siue secularis: siue
cleric⁹: siue layc⁹ etiã mr̃imonio iũ-
ctus. Abraã enim mr̃imonio iunctus
erat ⁊ diues. cui dñs dicit Gñ.17°.
Ambula coram me ⁊ esto pfect⁹. ⁊
eccl.31.dr̃. Beat⁹ diues qui inuent⁹
est sine macula: ⁊ post auꝝ nõ abiit
Et post pauca ſb̃dit. Qui pbatus
est in illo ⁊ pfect⁹ inuent⁹ est. Sed
aduertẽdũ ꝙ aliud est esse pfectũ
⁊ aliud eẽ in statu pfectionis. Sũt
enim aliqui in statu pfectionis q nõ
dũ sunt pfecti: ꝟ interdũ etiã pecca
tores. Sunt etiã aliq pfecti qui in
statu pfectionis nõ sunt. Et quãuis
status multa significet. ⁊ rectitudi
nem ⁊ firmitatẽ. ⁊ si qua sunt alia

bi⁹. tñ cũ dicim⁹ aliquos esse ĩ statu
pfectionis: accipitᷣ status p ɔditiõe
ꝟm ꝙ libertas vel seruit⁹ dr̃ status
prout ɔsueuit dici ꝙ error persone
aut ɔditiõis vel stat⁹ impedit ma
trimoniũ. non autem error fortune
aut qualitatis. ⁊ hoc mõ accipitur
stat⁹. 2.q.6. Si qñ in causa capitali
vel causa stat⁹ interpellatũ fuerit:
nõ p exploratores. i. pcuratores: ꝟ p
se ipos est agendũ. Sic ğ accipiẽdo
statum: illi ꝓprie in statu pfectionis
esse dicũtᷣ: qui se seruituti ſbiiciũt
ad opa pfectõis ĩplẽda. Manifestũ
est aũt ꝙ seruit⁹ libertati opponitᷣ
Libertas autẽ faciẽdi quodlibet p
uotũ tollitᷣ: quia volũtatis ẽ vouẽ
necessitatis est reddere vt sup̃ di-
ctũ est. Uñ qui se ad aliquid voto
obligat: inquãtũ nccitati se ſbiicit:
quodãmõ ɔstituit se seruũ liberta-
te se puans. Siquidem ğ aliquis se
voto obliget ad aliqδ particulare
opus implẽdũ: ɔstituit se quodam
mõ seruũ: nõ simplr̃ ꝟ ꝟm quid. re
spectu. s. illi⁹ ad qδ se obligauit. Si
ꝟo simplr̃ p votũ totã vitã suã de-
dicet deo ad implẽda ea que sunt
opa pfectionis: ꝑpter deũ simplr̃ se
ipm̃ seruũ ɔstituit. ⁊ p hoc ponitᷣ in
statu pfectionis. vñ ⁊ totum se deo
vouendo: holocaustũ offerre dr̃. vt
Greg. dicit. Hoc aũt mõ obligãt to
tam vitã suã ad ea que sunt pfecti
onis epi in sua ɔsecratione pfessio
nẽ quãdã faciẽtes: qua obligantᷣ ad
curã gregis suscepti. ꝟm illud. 1. ad
Thi. vltimo. Bonũ certamen fidei
apprehendere vitã eternã: in qua
vocat⁹ es ⁊ ɔfessus bonã ɔfessionẽ

corā multis testib⁹ vel in ordinati
one vel in pdicatione. vt glo. dicit.
religiosi etiā in sua pfessione totā
vitā suā obligāt deo ad ea q̄ sunt
perfectionis. vnde ꝛ vterq̄ serui
dicuntur. Dicit enim. 2. ad cor. 4°.
Non enī pdicam⁹ nosmetipos: sed
ihm xpm. nos aūt seruos vr̄os ppt
Jhm: qd ptinet ad epos. religiosi
etiā serui vel famuli noiant. vt dic
Dio⁹. 6. c. eccle. ierar. Et iō tā religi
osi q̄ epi sunt in statu pfectiōis. vn̄
ꝛ vtrisq̄ in assumptōe hi⁹ stat⁹ so
lēnis bndictio adhibet. vt patet p
Dio. 6. ꝛ. 5. c. eccl. ier. Archidyaconi
antē vel plebani nō obligāt voto
totā vitā suā ad id qd cura gregis
regrit, vn̄ nec in eoꝝ institutione
aliqua eis benedictio adhibet: que
exhibet monachis pp̄ter pfectionē
assumptā. vt dr̄. 6. c. eccle. ier. Et iō
ex h q̄ cōmittit eis cura parrochie
vel archid: cōstituūt quidē in aliq̄
officio. non aūt assumūt ad statū
pfectionis. alioquin essent apostate
dimittēdo parrochias ꝛ p̄bendas
sine cura in ecclesiis cathedralibus
accipiēdo. Null⁹ enī a statu pfectio
nis discedere pōt: nisi mortalr̄ pec
cando ꝛ apostatādo. Et inde est q̄
Dio. in eccle. ier. pfectionē attribuit
solis epis quasi pfectorib⁹: ꝛ mona
chis quasi pfectis. illuiatōez vo at
tribuit p̄sbris tāq̄ illuiatorib⁹ per
sacroꝝ admīstratōez: ꝛ sacro pplo
tāq̄ illuiandis. purgatiōez vo dya
conib⁹ tanq̄ purgatorib⁹: ꝛ ordini
imūdoꝝ tāq̄ purgādis. ¶ Ad p̄m
ḡ dō q̄ ad oēs illas Criso. auctorita
tes b̄r rn̄deri posset. q̄ non loquit

de sacerdote prochiali: s de epo q
anthonomatice sacerdos dr̄: q̄si sum⁹
sacerdos. ꝛ hic mod⁹ loquēdi ē plu
rimū cōsuet⁹ vt sacerdotes epi no
minēt. Et hec rn̄sio videt cōgruē
s̄m intētōez opis: in quo Crisostim⁹
Basilium cōsolat de sua pmotione.
vterq̄ enī erat in epm elect⁹. vt tn̄
pticularit ad singula rn̄deam⁹.
Ad p̄mū ḡ dō q̄ si qs cōsidēt v̄borū
circūstātiā nihil ad ppositū faciūt
p̄mittit enī si illi qui in secretis ha
bitant multoꝝ sermonib⁹ nō monē
tur digna quidē laude est patiā. s̄
tn̄ idoneū argumētū v̄e artis. cū v̄o
fuerit in mediis fluctib⁹: ꝛ de tēpe
state nauē liberare potuerit: tunc
merito testimoniū pfecti guberna
toris ab oīb⁹ pmeret. ꝛ tūc cōcludit
Jta ḡ ꝛ nūc mihi si talē aliquē ad
ducas monachū: qualē vt s̄m exag
geratōez dicā Helyas fuit. tn̄ qua
diu sol⁹ ē: si nō pturbat: neq̄ graui
ter peccat: q̄ppe q nō h̄z q̄b⁹ stimu
let atq̄ exaspet: n̄ tn̄ illi cōpandus
est: q tradit⁹ pplis ꝛ multoꝝ pctā
ferre cōpulsus īmobilis pseuerat ꝛ
fortis. q̄a sicut in trāquillitate: ita ī
tēpestate gubernauit semetipz. vbi
manifestū ē q̄ nō cōpat statū statui
s impeccabilitatē impeccabilitati.
Qz enī monach⁹ in claustro hītans
non peccet: nō est ita euidēs argu
mētū v̄tutis: sicut si p̄sbr vel epus
vl' q̄cūq̄ rector ppl'i ī mediis ptur
batoib⁹ abstinet a pctō: sic nō ē ar
gumētū tāte industrie si guberna
tor absq̄ periculo nauiget in mari
trāq̄llo: ac si nauigaret in mari tē
pestuoso. ꝛ tn̄ ad industriā naute

ptinet vt mare tēpestuosū deuitet
Sic ḡ ex pmissis v̄ba nil aliō ondi
pōt nisi q piculosior est stat⁹ hn̄tis
curā aiaꝝ q̄ monachi: ⁊ in maiori
piculo inocentē se seruare: maioris
v̄tutis ē argumētū. vn̄ maior v̄tus
req̄rit ad hoc q aliqs ɔseruet se a
p̄ctō imunē inter pplos q̄ in religi
one. s maioris v̄tutis est vitare pe
ricula religionē intrādo: q̄ pericl'a
nō vitare. Quāto enī aliqs magis
amat suā salutē: tāto magis euitat
sue salutis picula. Et p h̄ etiā patz
r̄nsio ad 2m. Non enī dic̄ q mallet
esse in officio sacerdotali: q̄ in soli
tudine monachoꝝ. s q mallet pla
cere in hoc q̄ in illo. Quilz enī sapi
ens magis vellet hēre tātā v̄tutez
p quā posset etiā inter picula secu
rus existē: q̄ talē v̄tutez qua posset
ex picula saluari. s qa psūptuosū ē
vt aliqs talē v̄tutē se hēre psumat
p quā possit etiā inter picula eē tu
tus: v̄tuosi⁹ est q se ex picula ponat
Un̄ ipse s̄bdit. Qō laudabā tanto
studio ⁊ bonū pnūciabā. s. officiuz
admistratōis eccl'iastice: non vtiqz
defugerē: si idoneū ad ei⁹ guberna
tionē me viderē. Prudēter ḡ refu
giebat: qa tātā v̄tutē p quā idone⁹
eēt: n̄ sibi supbe ascribebat. Et sil'r
r̄nsio pz ad 3m. Si qa enī ī ɔuersati
one multoꝝ posit⁹ pōr ī prurbatuz
illū nitorē plene sanctitatis ⁊ ɔti
nētie splēdorē ⁊ alia monachorum
bona incorrupta ⁊ incōcussa s̄uare
oīb⁹ pferēd⁹ est. Maioris enim v̄tu
tis indiciū est vt puritatē pfectam
aliqs ɔseruet etiā inter picula pu
ritatis: q̄ si cā ex pericula ɔseruarz
Sz tn̄ paꝝ amare puritatē suā ɔui
cit: q puritatis pericula nō euitat:
inter que difficillimū ē ⁊ rarissimū
oīmodā puritatē seruare: sicut ma
xima puritas fuit beate Agnetis: q̄
etiā in lupanari posita v̄ginalē pu
ritatē seruauit. ⁊ tn̄ qa puritatis
amatrix erat: n ūq̄ in lupanari hāc
suā v̄tutē ondere elegissz. s quāto
magis purā mētē hēbat: tanto ma
gis lupanar pp̄ria uoluntate elegissz
⁊ sil'e ē in omnib⁹ talib⁹. Ad 4m
dō q auctoritas illa non ptinet ad
pfectionē vite. s ad differētiam di
gnitatis. Sic enī p̄lat⁹ distat a rege
sicut nō hn̄s p̄lationē ab hn̄te. hoc
aūt in qōne nō v̄tit an sit maior di
gnitate p̄lationis gcūqz hn̄s curaz
aiaꝝ religioso curā aiaꝝ nō hn̄te.
Ad 5m dō q alia rō est de epis
⁊ plebanis. Nā epi principalē ppl'i
curā hn̄t. plebani aūt ⁊ archidya
coni sunt s̄bministratores ⁊ coadiu
tores eoꝝ. Un̄ dr̄. 16. q. i. Omnibus
p̄sb̄ris ⁊ dyaconib⁹ ⁊ reliqs cl'icis
attēdēdū est: vt nihil absqz epi p
pui licētia agant. non vtiqz missas
sine suo iussu quisq̄ p̄sb̄roꝝ in sua
prochia agat. nō baptizet: nec qcq̄
absqz ei⁹ pmissu faciet. ⁊. i. ad Cor.
12. dr̄ in glo. q opitulatiōes sunt q
maiorib⁹ fuerūt op⁹: vt Tyt⁹ apl'o:
vl' archiep̄m epis. gubernatōes v̄o
sunt minoꝝ psonaꝝ gubernatiōes
vt sunt p̄sb̄ri. vn̄ si quis recte ɔside
ret hoc mō in regimine eccl'ie ɔpa
rāt archidyaconi ⁊ plebani ad epz
sicut in regimine tpali prepositi ⁊
balliui ad regē. ⁊ ideo sic̄ rex coro
natur ⁊ inungitur in regno. non

autē prepositi vel baliui. ita etiam
ep̄s in eccl'ia: nō aūt archidyaconi
vel plebani. ⁊ ꝓpter hoc ep̄at⁹ est
ordo in ꝯparatione ad corpus mi/
sticū. non aūt plebanat⁹ vel archi/
dyaconat⁹: ſ officium tantū. Ep̄is
ḡ sil'es sūt archidyaconi ⁊ plebani
sicut coadiutores ⁊ ministri. ſ reli/
giosi sunt ep̄is similes ī ꝑpetua obli
gatione: que facit statū ꝑfectionis.
¶ Ad sextū dō. ꝙ aliqua duo opa
vel in bono vel in malo p̄n̄t multi
pliciter adinuicē ꝯparari. vno mō
ſm suum genus sicut dicimus con
tinentiam virginalem ꝑeminere ī
bono ꝯtinētie viduali. in malo ꝟo
homicidiū furto. ⁊ hoc modo vita
actiua est fructuosior q̄ ꝯtēplatiua.
ſ ꝯtemplatiua merito maior est q̄
actiua. vt Grego. dicit in. 7⁹. moral'.
Zelus etiā animaꝝ ē sacrificiū deo
acceptissimū: si tn̄ ordinate fiat. vt
.s. p̄mo homo hēat curā salutis sue
⁊ postmodū alioꝝ. alioqn̄ nihil ꝓ
dest homini: si vniuersum mūdum
lucret̄. anime ꝟo sue detrimētū pa
tiat̄. ut dr̄ Mat. 16. Alio mō potest
opus operi ꝯparari in bono vel in
malo: non ſm se ſ in ordine ad aliū
actum: sicut abstinentia prefert̄ in
bono sumptioni cibi. tamē assūmē
cibum cum aliquo ꝓpter caritatem
ꝑfert̄ abstinentie. ⁊ in malo adul/
teriū prefert̄ furto. tamē furari gla
diū ad occidēdū est graui⁹ q̄ adul
teriū. Tertio ꝑfertur opus operi in
bono vel malo ex volūtate faciētis
Qd enim promptiori volūtate fit
meli⁹ vel pei⁹ indicat̄. Si ḡ ꝯpem⁹
opa plebani vel archidyaconi ope
rib⁹ religiosoꝝ tertio modo ꝯpara
tionis: vel ſm promptitudinē vo/
lūtatis: tunc incertū iudiciū est: q2
ille qui ex feruētiori caritate opat̄:
opa magis meritoria h3. Si ꝟo ꝯpa
rent̄ secūda ꝯparatione ꝑ ordinem
ad aliquod aliud opus: sic opera re
ligiosi sunt incompabil'r eminentia
opib⁹ archidyaconi vel plebani. ea
enim que religiosi agunt ad illā ra
dicē referūt̄ qua totā vitā suā deo
deuouerūt. vn̄ non est pensandum
qd faciant: ſ magis ꝙ ad quelibet
facienda se deuouerūt. ⁊ sic quodā/
modo ꝯparant̄ ad eos qui aliquod
singulare bonū opus faciunt: sicut
infinitum ad finitū. Qui enim dat
se alicui ad faciendū omnia que iu/
bet in infinitū: magis se dat ei q̄
ille qui dat se ei ad aliquod op⁹ fa/
ciendū. Unde supposito ꝙ religio/
sus ſm exigentiā sue religionis fa/
ciat aliqd opus quod sit paruū ſm
se: ſ tamē recipit magnā intētione3
ex ordine ad p̄mā obligatiōe3: qua
se totū deo dedit. Si ꝟo ꝯparētur
ipsa opera ſm se ſm p̄muum modu3
ꝯparationis: sic aliqua particularia
opera que plebani faciunt vel ar/
chidyaconi sunt maiora aliquibus
particularib⁹ operib⁹: que religiosi
faciunt. sicut mai⁹ est intendere sa
luti animaꝝ q̄ ieiunare: vel silētiū
tenere: vel aliqua hi⁹. Si tamē oīa
omnibus comparēt̄: multo maiora
sunt opera religiosoꝝ. Etsi enim ꝓ/
curare salutem aliorum sit mai⁹ q̄
intendere sibi soli loquēdo in gn̄e.
tamē non quocūq3 modo intēdere
saluti alioꝝ prefert̄ ei qd est q̄cūq3

labore acquirãt un̄ sibi puideant: ⁊ elemosinas aliis faciant. nec t̄n p h̄ excludit quin etiã bn̄ faciãt si manib⁹ nõ laborãtes spũalib⁹ elemosinis vacet: que sunt corporalib⁹ potiores. ¶ Ad quintũ dð q̄ illi⁹ rõnis pma falsa est. Nõ eni qui facit ɔtra statutũ pape est hereticus: nisi forte credat pape non esse obediẽdũ. vn̄ in c. Induɔ̃ dr̄. Qui romane eccl'ie puuilegiũ ab ipso sũmo omniũ ecclesiarũ capite traditum auferre conat: hi pculdubio in heresim labit̄. Priuilegiũ aũt pdictũ ɔsistit in hoc q̄ ei debet ab omib⁹ x̄pianis obediri. Sil'r etiam minor est falsa. Non enim est ɔtra statutũ ecclesie q̄ aliqs mẽdicet: vł se in statu egestatis ponat. s̄ hoc est ɔtra statutũ eccl'ie: si ab eis qui facultates ecclesie possident: eoꝝ necessitatib⁹ nõ puidet. Un̄ hec sunt uerba capitli inducti ex quib⁹. s. reb⁹ ecclesie epi ⁊ dispesatores eaꝝ oib⁹ ɔmuni vita degẽ volẽtib⁹ ministrare ɔt̃a necessaria debẽt: put meli⁹ poterũt: vt nemo ĩ eis egẽs inueniat. ¶ Ad 6ᵘᵐ dð q̄ illi qui relinqũt oĩa nihil sibi reseruantes: nec manib⁹ operantes nõ ꝓpt̄ hoc discrimini se exponũt: quia deuotio fideliũ tãta pbabil'r estimat: ⁊ exprimẽto discit: q̄ eis in necessariis puidet. Nec etiã tẽptant deuꝫ: qa ipse pmisit monẽdo corda alioꝝ eis in necessitatib⁹ puidere. vt patꝫ Mat. 6. Et quedã glo. dicit. Luce. 8. Tanta pdicatori dꝫ esse fiducia in deo vt p̄tis vite sumpt⁹ ⁊ si nõ puideat: sibi t̄n nõ defutura certissime sciat: ne dũ occupat̄ mẽs ad temporalia: min⁹ pdicet eterna. Simil'r si aliqs eẽt inter armatos q̄ defenderet ⁊ aliqua cã arma deponeret: non tẽptaret deũ. Si aũt eẽt solus: uidet̃ tẽptare deũ. nisi forte īteriori inspiratione secur⁹ esset de diuino auxilio: sicut beat⁹ Martinus dixit. Ego signo crucis nõ clipeo ꝓtect⁹ aut galea hostiũ cuneos penetrabo secur⁹. Simil'r videret̄ esse dei temptatio: si aliquis inter infideles vł hoĩes inhospitales de necessariis vict⁹ sibi nõ puideret. Un̄ dic̄ glo. Luce. 22. sup illud. Qui hꝫ sacculum tollat ⁊c. In hoc nobis dat exemplũ vt nõnũq̄ causa instante quedã de nostri ꝓpositi rigore sine culpa intermittere possim⁹. verbi grã. Si per inhospitales regiones iter agimus plura viatica licet portare q̄ domi habeamus. ⁊ t̄n in deserto aliq̄ sine labore manuũ sustentati sunt pane diuinit⁹ misso. vt in vitis patrum legit̄. Sed puilegia paucoꝝ nõ faciunt legẽ ɔmunẽ. ¶ Ad septimũ dicẽdũ q̄ hoc q̄ a plus laborauit cum posset de euangelio viuere: fuit superogatõis. vt pꝫ. i. ad cor. 9. Et iõ alii pdicatores nõ tenẽt eũ in hoc imitari. Sciendũ t̄n q̄ pdicator aliqñ bñ facẽt nõ accipiẽdo sumpt⁹ ab his qb⁹ pdicat: s̄ de labore manuꝫ viuẽdo in casib⁹. s. illis in qb⁹ apl's laborabat. s. ne scandalizaret eos qbus pdicabat: qui ꝓpter auaritiam dare sumpt⁹ grauabãt. ⁊ hanc cãꝫ ponit. 2. ad thesa. 3. Nocte ac die laborãtes ne quẽ vestrũ grauarem⁹. Item vt suo exemplo alii ab otio retraherent̄. vnde ibidem subdit

non quasi nos non habuerim⁹ potestatem: sed vt nosmetipsos formaz darem⁹ vobis ad imitandum nos. Item ad reprimendũ rapacitatem pseudo aplorꝫ. Unde dic.i. ad Cor.xi. Quod autem facio ⁊ faciaz vt amputem occasionẽ eorꝫ qui volũt occasionẽ vt in quo gloriant tales inueniant sicut ⁊ nos. Aliquãdo autẽ malefacerent predicatores si laboribus manuum se implicarent. si scilz per laborem a predicatione retraherent. Unde glo. Luce.18. Cauẽdũ est predicatori: ne dum occupatur mens ad tẽporalia minus predicet eterna. Ideo dicit Aug. ĩ sepedicto libro. Q apostol⁹ dum essꝫ athenis: ubi oportebat eum quottidie predicare: non operabat manibus: quod postea fecit veniens Corinthũ: vbi iudeis predicabat solo die sabbati. Predicatorib⁹ enim non solum necessariũ est vt habeant tempus liberũ ab occupationib⁹ in quo predicent: sed etiam in quo studeant: cuz non habeant scientiam ex infusione sicut apostoli: sed continuo studio. Unde dicit Grego. in pastorali exponens illud exo.25. Uectes semper erunt in circulis ⁊c. Uectes inquit semper erunt in circulis: quia nimirũ necesse est vt qui ad officiũ predicationis excubant: a sacre lectionis studio non recedant. ¶ Ad octauũ dicendũ ꝙ per actionem intelligit ibi non solum op⁹ manuale: sed oĩa que ad actiuam vitam pertinent. Sollicitudo autem que exhibetur a predicatorib⁹ circa eos qui pdicant ad actiuam vitam ptinet. ¶ Rões in ↄtrarium concedo. tamẽ vltima inducit preter intentionẽ. Glosa.n. dicit secularia negocia eẽ que fiũt causa pecunie colligẽde sine opera manuali: vt per mercationẽ ⁊ hui⁹modi: a quibus se debent serui dei penitus abstinere.

¶ Incipit quolibꝫ 8^m sãcti Thome.

Q Uestio nr̃a circa tria versat. Primo circa ea que pertinẽt ad naturam. ¶ 2° circa ea que pertinent ad culpã ⁊ grãm. ¶ Tertio circa ea que pertinent ad penam vel gloriam. Circa primum querebatur. ¶ Primo de pertinentib⁹ ad naturã increatam. ¶ Secundo de pertinẽtibus ad naturã creatã. ¶ Circa nãꝫ ĩcreatam duo querebãt. ¶ Primo an senarius numer⁹: secundũ quem omnes creature dicũtur esse pfecte: sit creator vel creatura. ¶ Secũdo de rõnibus idealibus: que sunt in mente dĩna: utrꝫ p prius respiciunt exemplata: scilicet creaturas rõne sue singularitatis vel rõne nature specifice.

¶ Articulus pm⁹.

AD pmum sic pcedit. Uidet ꝙ senari⁹ predictus sit creator. ¶ Remota enim omni creatura perfectio non remanet nisi in creatore. Sed remota omni creatura facta in operib⁹ sex dierũ remanet perfectio in numero senario. Unde dicit aug.4. sup gñ. ad lrã.

Itaq̃ si ista non essent.s. opera sex dierũ: perfect⁹ ille esset.s. senarius. Nisi aũt ille perfect⁹ esset: ista s₃ eũ perfecta non fierẽt. g̊ senari⁹ nume rus ẽ creator. ¶ S₃ dicebat ꝙ aug. loquit̃ de senario quãtũ ad ideam senarii que est in mente diuina. Cõt Sicut remotis omnib⁹ creaturis re manet perfectio in idea senarii nu- meri. ita remanet idea lapidis in mente diuina. g̊ in hoc non haberet senarius numerus aliquã p̃eminen tiam ad lapidẽ. quod tamẽ videt̃ esse ↄtra intentionẽ aug. ¶ Preterea illud quod est p̱manẽti⁹ omni cre- atura non est creatũ s̃ creator. Se- nari⁹ aũt numer⁹ est permanẽtior celo ⁊ terra: que tamẽ videt̃ esse p̱ manẽtissime creature. Unde aug⁹. dicit. 4. super gñ. ad l̃ram. facilius est celum ⁊ terram transire que s̃m senarium numerum fabricata sunt q̃₃ effici posse vt senari⁹ numer⁹ nõ suis partib⁹ ↄpleat̃. g̊ senari⁹ nõ est creatura sed creator. ¶ Cont̃. Cre- atoris perfectio non ↄsistit ex p̱tib⁹: nec est in eo aliquid habẽs partes. Sed sicut dicit Aug. in eodem li⁰. Inuenim⁹ senariũ numerũ eẽ perfe ctũ ea rõne ꝙ suis partib⁹ ↄpleatur. g̊ senari⁹ numer⁹ non est creator sed creatura. ¶ R⁰ dõ ꝙ s̃m Auicẽnã in sua metha. triplex est alicui⁹ na- ture ↄsideratio. Una put ↄsiderat̃ s̃m esse quod habet in singularib⁹. sicut natura lapidis in hoc lapide ⁊ in illo lapide. Alia võ est ↄsidera tio alicui⁹ nature s̃m esse suũ intel- ligibile. sicut natura lapidis ↄside- rat̃ put est in intellectu. Tertia võ est cõsidratio nature absoluta put abstrahit ab vtroq₃ esse: s̃m quam ↄsiderationẽ ↄsiderat̃ natura lapi- dis vel cuiuscũq₃ alteri⁹: quantũ ad ea tm̃ que per se ↄpetunt tali natu re. Harũ quidẽ trium ↄsiderationũ due semper vniformiter eundem or dinem seruant. Prior enim est ↄsi- deratio alicuius nature absoluta: q̃₃ ↄsideratio eius s̃m esse q̃d hab₃ in singularib⁹. Sed tertia ↄsideratio nature que est s̃m esse: quod habet in intellectu: non semper habet eũ- dem ordinem ad alias ↄsideratões Consideratio enim nature s̃m esse quod habet in intellectu qui accipit a rebus sequit̃ vtrãq₃ aliarũ ↄside- rationũ. Hoc enim ordine scibile p̃ cedit sciẽtiam: ⁊ sensibile sensum. sicut ⁊ mouẽs motum: ⁊ causa cau- satũ. S₃ ↄsideratio nature s̃m esse: quod hab₃ in intellectu causante rẽ p̃cedit alias duas ↄsiderationes. Cum enim intellectus artificis ad- inuenit aliquam formã artificiati: ipsa natura seu forma artificiati ĩ se cõsiderata ẽ posterior intellectu artificis. ⁊ p ↄñs etiam archa sensi bilis que talẽ formam vl' spẽm hab₃ Sicut autẽ se hab₃ intellectus arti- ficis ad artificiata: ita se hab₃ intel lectus diuin⁹ ad omnes creaturas. Unñ vniuscuiusq₃ nature causate p̃ ma ↄsideratio ẽ s̃m ꝙ ẽ in intellectu diuino. Secunda võ ↄsideratio est ipsi⁹ nature absolute. Tertia s̃m ꝙ hab₃ eẽ in rebus ipsis vl' in mente angelica. Quarta s̃m eẽ quod hab₃ in intellectu nostro. Et iõ Dio. dic .iz. c. de di. no. hũc ordinẽ assignãs.

ꝙ pmo inter omnia est ipse sctan/
tificator rerū de⁹. postea vero ipsa
dona dei que creaturis exhibent ⁊
vniuersaliter ⁊ particulariter con
siderata. vt per se pulchritudinem
per se vitam quam dicit esse donū
ex deo ꝓueniēs.i.ipsaȝ naturā vite
deinde ipsa participantia vniuer/
saliter ⁊ particulariter cōsideratā
que sunt res in quib⁹ natura esse hȝ
In his ḡ illud quod est prius semꝑ
est ratio posterioris: ⁊ remoto po/
steriori remanet prius. non autem
econuerso. Et inde est ꝙ hoc com/
petit nature ꝭm absolutam conside
rationem est ratio quare competat
nature alicui secundū esse quod hȝ
in singulari: ⁊ non econuerso. Ideo
enim sortes est rationalis qa homo
est rationalis. ⁊ non econuerso. vñ
dato ꝙ Sortes ⁊ Plato non essent
adhuc humane nature ratiōalitas
ꝯpetēt. Similiter etiam intellectus
diuinus est ratio nature absolute
considerate ⁊ in singularib⁹. ⁊ ipsa
natura absolute considerata ⁊ in
singularibus est ratio intellect⁹ hu/
mani ⁊ quodāmodo mensura ipsi⁹.
Possunt ergo verba aug. intelligi
de senario dupliciter. Uno modo
vt per senariū numerū intelligat
ipsa natura senarii absolute: cui p
mo ⁊ per se competit perfectio: que
quidem est ratio perfectionis eorū
que senarium participant. vnde re/
motis omnib⁹ que senario perfici/
unt: adhuc perfectio nature senarii
competit. ⁊ hoc modo senarius no/
minat naturam creatam. Alio mō
potest intelligi senarius ꝭm esse qđ
habet in intellectu diuino. ⁊ sic ei⁹
perfectio est ratio perfectiōis in cre
aturis inuente: que secūdū senariū
sunt condite. quibus etiam remotis
in predicto senario perfectio rema/
neret. Sic aūt senari⁹ non erit crea
tura sed ratio creature in creatore
que est idea senarii. ⁊ est idem ꝭm
rem qđ diuina essentia: ratione tm̄
differēs. ¶Ad primū ḡ dicendū ꝙ
remotis omnibus creaturis que sūt
facte in senario dierū: non dicit ꝙ
perfectio remaneat i senario nume
ro quasi senarius numerus aliquod
esse habeat in rerum natura: nulla
creatura existente. Sȝ quia remoto
omni esse creato remanet absoluta
consideratio nature senarii: prout
abstrahit a quolibet esse. ⁊ sic attri
buit sibi perfectio: sicut remotis oīb⁹
singularib⁹ hominib⁹ adhuc rema
neret rōalitas attribuibilis hūane
nature. ¶Ad z^m dicēdū ꝙ sicut i
rebus creatis quedam sunt magis
ꝯmunes: ⁊ quedam magis ꝯtracte.
ita etiā rōnes rerum in deo magis
ꝯmuniū ad plura se extendūt. min⁹
vero ꝯmuniū ad pauciora. Et quia
vnitas ⁊ multitudo sunt omnibus
reb⁹ creatis ꝯmunia: ideo etiam rō
idealis numeri ad omnes creaturas
se extendit. Unde dicit Boeci⁹ in
pncipio arismetrice. Omnia que/
cūq; a pmeua rerū natura ꝯstituta
sunt: numeroꝝ specie videt eē for/
mata. Hoc enim fuit pncipale ī aīo
ꝯditoris. Exemplar aūt lapidis aut
idea nō se extēdit ad oēs creaturas
⁊ ideo si senari⁹ accipiatur ꝓ idea
senarii quantū ad h adhuc senari⁹

erit eminētioꝛ lapide.i.ꝙ idea lapidis.pꝛont.ſ.ad plura ſe extendit. ⁊ iterū ꝑut pfectio ꝯpetit ſenario ſm naturā ſenarii nō autē lapidis.
Ad tertiū dō ꝙ nō eſt intētio aug. dicere.qꝫ ſi celū ⁊ terra tranſeant: ⁊ cetere creature ꝙ ſenari⁹ remanēret ſꝫ aliqđ eē creatū.ſ ga ſi omnes creature ab eſſe deficerēt: remanēt adhuc natura ſenarii: ꝑut abſtrabit a quolibꝫ eſſe huiuſmodi:qđ ei⁹ perfectioni ꝯpetit:ſicut etiā natura humana manebit talis ꝙ ei cōpetēt rōnalitas. ¶Ad illud ꝺo quod in ꝯtrariū obſ dō ꝙ quāuis in deo nō poſſit eſſe aliquid habēs partes:tñ poteſt eſſe in eo ratio rei habentis partes.⁊ ſic eſt in eo ratio ſenarii ex partib⁹ꝯſtituti:⁊ rō ſuaꝝ partiū.

¶Articulus 2⁹.

AD 2ᵐ ſic ꝓcedit. Uidet ꝙ idee que ſunt ī mēte dīna ꝑ pri⁹reſpiciāt res quātum ad nām ſingularē ꝙ quātū ad nāꝫ ſpēi.quia vt aug⁹.dicit in li.83.q. Idee ſunt quedaꝫ forme vel rōnes rerū ſtabiles:que in diuina intelligentia ꝯtinent. ⁊ cū ipſe nec orianf nec intereant.ſm eas tamen formari dicit omne quod oriri vel interire pōt.⁊ oē qđ orit vł interit ſ ſolum ſingulare eſt qđ orit ⁊ interit.i. qđ generat ⁊ corrūpitur. ğ idee ꝑ prius reſpiciūt ſingulare.
Sed ꝯtra.Cū idee ſint forme exemplares: requirit ad rōnē idee aſſimilatio ideati ad ipſam.Sꝫ ideatuꝫ .i.res creata magis aſſimilat dīno exemplari ſm formā:a qua eſt ratio ſpēi:ꝙ ſm materiā que eſt īdiuiduationis ꝑncipium.ğ idea per prius reſpicit naturā ſpēi ꝙ ſingularitatem indiuidui. ¶R° dō ꝙ cum in mente dīna ſint omniū creaturarū forme exemplares que idee dicunt ſicut in mente artificis forme artificiatoꝝ.hoc tam̄ intereſt inter formas exemplares que ſunt in mente diuina ⁊ in mente artificis creati: ꝙ creat⁹ artifex agit ex ꝑſupposita materia.vnde forme exemplares q̄ ſunt in mēte ei⁹:nō ſunt factiue materie que ē indiuiduatōis ꝑncipiū ſ ſolius forme a qua eſt ſpēs artificiati.⁊ ideo hi⁹ forme exemplares non reſpiciūt directe artificiatum quantū ad indiuiduū: ſ quantū ad ſpēm ſolū. forme autē exemplares intellect⁹ diuini ſunt factiue totius rei ⁊ quātū ad formā ⁊ quantū ad materiā. ⁊ ideo reſpiciūt creaturā non ſolū quātū ad naturā ſpēi:ſed etiam quantū ad ſingularitatē indiuidui.ꝑ ꝑus tñ quātū ad naturā ſpēi. quod ex hoc patet. Exemplar enim eſt ad cuius imitationē fit aliqd. Unde ad rōnē exēplaris requiritur ꝙ ipſa aſſimilatio operis ad exemplar ſit intēta ab agente.alias talis aſſimilatio caſu accideret: ⁊ non ſm viā exēplaritatis. Sic ğ in ratione exemplaris includit ītētio agentis. Ad hoc ğ per prius exemplar reſpicit ꝙ agēs ꝑmo intendit in opere. Agens aūt quilibet ꝑncipalr intendit in opere id quod pfectius eſt.natura aūt ſpēi ē pfectiſſimū in vnoquoqꝫ indiuiduo. p ipaꝫ .n.duplex impfectio pficit.īpfectio .ſ.materie que eſt ſingularitatꝭ ꝑn⁹

que cu3 sit in potētia ad formā spēi
pficit̄ qn̄ nām spēi ɔsequit̄. ⁊ iterū
imperfectio forme generalis: que se
h3 ad drias specificas in potentia
vt materia ad formā. vn̄ spēs spe-
cialissima est pmo in intentōe natu
re. vt p3 per Auic. in pn. sue metb.
Non enim natura intēdit pncipa-
liter generare Sortē. alias destru-
cto Sorte ordo ⁊ intētio nature pe
riret. Intendit aūt in Sorte gene-
rare hominē. Siliter non intendit
pncipalr̄ generare animal. aliogn
quiesceret eius actio: qn̄ ad naturā
animalis pduxisset: cum tn̄ in indi
uiduo generato pus ɔpleat̄ natura
animalis q̄ hominis. ut p3 in. 16. de
aīalib⁹. Non aūt pus ē homo q̄ hic
homo. Un̄ exemplar qd̄ est in mēte
diuina pmo naturā spēi respicit in
qualibet creatura. ¶Ad pmū ergo
dō q̄ id quod est pmū in intentiōe
est vltimū in executione. Un̄ q̄uis
natura pmo intēdat generare ho-
minē: per prius tamen generat̄ hic
homo. Non enim homo generatur
nisi per hoc q̄ hic homo generat̄. ⁊
pp̄ter hoc etiam in diffinitiōe idee
dr̄ q̄ fm eas orit̄ omne quod oritur
quantū ad viā executionis in qua
singularia sunt pmū. ¶Secūdū qd̄
in ɔtrariū obr̄ ɔcedit̄.

Deinde querit̄ de his que p-
tinent ad naturā creatam.
Et primo de his que perti
nent ad aīam humanā. ¶2° de his
que pertinent ad corpus. ¶Circa
pmū querunt̄ duo. ¶Primo vtru3
anima accipiat spēs quibus cogno-
scit a rebus que sunt extra eam.
¶2° quomodo caritas vel quilib3
alius habitus a non hn̄te cog̃scat̄.

¶Articulus. 3⁹.

Ad pmū sic pcedit̄. Videt̄
q̄ anima non accipiat spēs
a reb⁹ que sunt extra eam.
Dicit enim Aug. 12. super gn̄. Ima-
ginem corporis non corpus in spū:
s3 ipse spūs in se ipso facit celeritate
mirabili. non aūt eam in se ipso fa-
ceret: si a reb⁹ exteriorib⁹ eam acci-
peret. ergo anima nō accipit a reb⁹
spēs quibus cognoscit. ¶Preterea
eius soli⁹ est dimēsionē a re dimēsi-
onata abstrahere: eius est dimēsi-
onē corporib⁹ dare. quod est solius
creatoris. Sed ad hoc q̄ spēs a reb⁹
accipiat̄ in anima oportet q̄ ab ipa
specie dimēsiones separent̄: quia in
rebus extra animā habent esse di-
mensionale. nō autem in anima ma
xime quantum ad intellectū. Ergo
anima nō potest accipere species a
reb⁹ sensibilibus. ¶In ɔtrariū vi-
det̄ esse tota philosophoꝝ doctrina
que sensum a sensibilib⁹. imaginati
onē a sensu. intellectū a fantasmati
bus accipere fatet̄. ¶R° dicendu3
q̄ anima humana similitudines re
rum quib⁹ cognoscit accipit a rebus
illo modo accipiendi: quo patiens
accipit ab agente. quod non est in
telligendū quasi agens influat ī pa
tiens eandē numero spēm quam h3
in se ipso. sed generat sui similē edu
cendo de potentia in actū. ⁊ p hūc
modū dr̄ spēs coloris deferri a cor-
pore colorato ad uisum. Sed in agē
tib⁹ ⁊ patiētib⁹ distinguēdū est. Est
enim quoddam agens quod de se

sufficiens est ad inducendū formaꝫ suā in patiēs. sicut ignis de se sufficit ad calefaciendū. Quoddā vero agens est quod nō sufficit de se ad inducēdā formā suaꝫ in patiēs: nisi supueniat aliud agens. sicut calor ignis non sufficit ad complendum actionē nutritionis: nisi per ꝟtutē anime nutritiue. vnde virtus anime nutritiue est ꝑncipaliter agens calor vero igneus instrumētaliter. Similiter etiaꝫ est diuersitas ex pte patientium Quoddam enim est patiens. quod in nullo cooperat̄ agēti sicut lapis cum sursum proiicit̄: vel lignum cum ex eo fit scamnū. Quoddam vero patiens est: quod cooperatur agenti: sicut lapis cum deorsum proiicitur: ⁊ corpus hominis cum sanatur per artem. ⁊ secundū hoc res que sunt extra animam tripliciter se habent ad diuersas aīe potentias. ad sensus enim exteriores se habent sicut agentia sufficiētia: quibus patientia non cooperāt̄ sed recipiunt tantum. Quod autem color per se non possit mouere visum nisi lux superueniat: non est contra hoc quod dictum est. quia taꝫ color ꝗ̄ lux inter ea que sunt extra aīam ɔputantur. Sensus autem exteriores suscipiūt tantum a rebus ꝑ modum patiēdi: sine hoc ꝙ aliquid cooperentur ad sui formationē: ꝗ̄uis iam formati habeant ꝓpriam operationem: que est iudicium de propriis obiectis: sed ad imaginatiōeꝫ res que sunt extra animā compāt̄ vt agentia sufficientia. Actio enim rei sensibilis non sistit in sensu: sed vlterius pertīgit vsqꝫ ad fantasiā siue imaginationē. tamen imaginatio est patiens qđ cooperat̄ agenti Ipsa enim imaginatio format sibi aliquarum rerum similitudines ꝗ̄s nunqꝫ sensu percepit. ex his tamen que sensu percipiūt̄ componēdo ea ⁊ diuidendo sic imaginamur montes aureos quos nūꝗ̄ vidimꝰ ex hiis ꝙ vidimꝰ aurum ⁊ mōtes. Sed ad intellectum possibilem cōparantur res sicut agentia insufficientis. Actio enim ipsarum rerum sensibiliū nec etiam in imaginatiōe sistit: sed fantasmata vlterius mouēt intellectū possibilē. nō aūt ad hoc ꝙ ex se ipsis sufficiunt: cum sint in potentia intelligibilia. intellectus autem non mouet̄ nisi ab intelligibili in actu. Unde oportet ꝙ superueniat actio intellectus agentis: cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu: sicut illustratione lucis corporalis fiunt colores visibiles actu. ⁊ sic patet ꝙ intellectꝰ agens est ꝑncipale agēs quod agit rerum similitudines ī ītellectu possibili. fantasmata autem que a rebus exterioribus accipiūtur sunt quasi agentia īstrumētalia. ītellectꝰ enim possibilis comparatur ad res quarum noticiaꝫ recipit. sicut patiēs quod cooperat̄ agenti. multo enim magis potest intellectꝰ formare qdditateꝫ rei que nō cecidit sꝫ sensu ꝗ̄ imaginatio. ¶ Ad primū ḡ dicendū ꝙ si verbum Augustini referatur ad intellectum: sic planum est ꝙ res nō faciūt sui similitudinē in intellectu possibili principaliter. ſ intellectus

agens. Si autē referat̄ ad imaginatione faciūt quidem: sed ñ solū qa ipsa imaginatio cooperat̄. vt dictū est. In sensu aūt facit corpus sui similitudinē sufficiēter ꝛ solum: sꝫ de hoc nō loquit̄ aug. quia sensum ꝯt̄ spūꝫ diuidit: siue corporalē visionē ꝯtra spūalē. ¶ Ad 2m dō ꝙ rō illa ꝓcedit ac si illa eadeꝫ spēs numero que est in reb⁹ vel in imaginatione postmodum fieret in intellectu. sic enim oporteret ꝙ auferret̄ ab ea dimēsiones. ꝛ hoc pꝫ eē falsum.

¶ Articulus. 4⁹.

Ad 4m sic ꝓcedit̄. Uidet̄ ꝙ ñ hñs caritatē eā cognoscat per spēm. Omne enim qd̄ cognoscit̄ cognoscit̄ vel p eēntiam vel per sui similitudinē. Sꝫ caritas a nō hñte nō cognoscit̄ per sui eēntiam: quia nō est essentialr̄ in eo. ḡ si cognoscit̄ a nō hñte cognoscit̄ p sui similitudinē. ¶ Preterea aliqs hñs caritatē aliquo mō cognoscit eam se habere adminus per coniecturas: vel reuelationē. ꝛ silr̄ postq̄ eā amiserit potest recordari se eā habuisse. quod esse nō potest nisi p eı⁹ spēm in memoria reseruatā. ḡ caritas a nō hñte qui prius eam habuit per sui similitudinem cognoscit̄: ꝛ eadē rōne a quolibꝫ alio nō habēte ¶ Preterea dicit aug. 10. ꝯfessionū Hoc modo se habet memoria ad intelligētiā sicut venter aīalis ruminantis ad os. quia sicut id quod est in uentre aīalis ruminātis reducit̄ ad os. ita quod est ī memoria reducit̄ ad intelligētiā. Si ḡ ī memoria cōseruat̄ caritas p sui similitudinē ꝛ ab intelligētia capiet̄ p sui similitudinē. ¶ Sed ꝯtra est qd̄ aug. dic 2. super gñ. ꝛ habet̄ in glo. 2. ad cor. 12. Q intellectualis visio est earum rerum que nō hñt spēs sibi similes que nō sunt qd̄ ipse. ꝛ inter huiusmodi ponit caritatē. ḡ caritas non potest cognosci per sui similitudinem: sed solum per eēntiam. ¶ Rn̄ dicēdū ꝙ duplex est cognitio caritatis. vna qua cognoscit̄ quid ē caritas. Alia qua caritas percipit̄: vt cum aliquis cognoscit se habere caritatē. quod pertinet ad cognitōeꝫ an est. Prima quidem cognitio caritatis eodem mō ꝯpetit hñti ꝛ ñ habenti caritatē. Nā intellect⁹ humanus natus est rerūꝫ quidditatē comphēdere: in quibus cognoscendis naturaliter ꝓcedit: sicut in cognoscēdis conclusionib⁹ complexis Insunt enim nobis naturaliter q̄dā principia prima complexa ab omnibus nota ex quib⁹ ratio procedit ad cognoscendū in actu conclusiones que in predictis principiis potentialiter ꝯtinēt̄: siue per inuētionē ꝓpriam: siue per doctrinam alienam siue per reuelationē diuinam in q̄bus omnibus modis cognoscendi homo iuuatur ex principiis naturaliter cognitis. vel ita ꝙ ipsa principia cognita ad cognitionē acquirēdam sufficiāt adminiculantib⁹ sensu ꝛ imaginatiōe. sicut cum aliquā cognitionē acquirim⁹ per inuētōeꝫ vel doctrinā. vel ita ꝙ principia p̄dicta ad cognitionē acquirendam non sufficiāt: nihilomin⁹ tamen in huiusmodi cognoscēdis principia

dirigūt in quātū inueniūt nō repugnare principiis naturaliter cognitis. quod si esset: intellect⁹ nullo mō eis assentiret. sicut nō potest dissentire principiis. Et silr in intellectu īsunt nobis etiam naturaliter quedam conceptiones ab omnib⁹ note vt entis vnius boni ⁊ huiusmodi: a quib⁹ eodem modo procedit intellect⁹ ad cognoscēdum quidditatē vniuscuiusqȝ rei: per quē pcedit a pncipiis per se notis ad cognoscendas conclusiones. ⁊ hoc vel per ea que quis sensu percipit: sicut cum p sensibiles ꝓprietates alicuius rei cōcipio illius rei quidditatez. vel per ea que ab aliis quis audit. vt cum laycus qui nescit quid sit musica: cū audit aliquam artē esse per quam discit canere vel psallere: concipit quidditatem musice: cum ipse pscīat quid sit ars: ⁊ quid sit canē: aut etiam per ea que ex reuelatione habent. vt est in his que fidei sunt. Cum enim credimus aliquid esse ī nobis diuinit⁹ datū: quo affect⁹ noster deo vnit: concipim⁹ caritatis quidditatem intelligētes caritatē esse donū dei: quo affect⁹ deo vnit: pcognoscētes tñ qd sit donū: ⁊ qd affect⁹: ⁊ qd vnio. de qb⁹ etiam qd sint scire nō possum⁹: nisi resoluēdo in aliqua prius nota. ⁊ sic quousqȝ p ueniam⁹ vsqȝ ad pmas ↄceptiones humani intellect⁹: que sūt omib⁹ nāliter note. Et qa nālis cognitio est quedam silitudo diue ꝟitatis mēti nostre impressa ɓm illud ps. Signatū est sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e. Ideo dicit aug. io. de tri. qȝ hi⁹ hit⁹ cognoscūt in pma ꝟitate. Ipsa autē ↄceptio caritatis quā intellect⁹ format modo pdicto nō est solū silitudo caritatis sicut spēs rez in sensu vel imaginatōe: quia sensus ⁊ imaginatio nūqȝ ptingūt ad cognoscēdū nām rei: ſ solūmō accn̄tia q̄ circūstāt rē. ⁊ iō spēs que sunt ī sensu vel imaginatione nō repn̄tāt nām rei: ſ accidētia ei⁹ tm̄. sicut statua repn̄tat hoīez quātū ad accidentalia. Sȝ intellect⁹ cognoscit ipsā nām ⁊ sbam rei. Un̄ spēs intelligibilis est similitudo ipsi⁹ essentie rei: ⁊ est quodāmō ipsa qdditas ⁊ natura rei ɓm eē ītelligibile: nō ɓm eē nāle prout est in reb⁹. ⁊ ideo omnia que nō cadūt sb sensu ⁊ imaginatione ſ sb solo intellectu cognoscunt per hoc qȝ eēntie vl' qdditates coꝝ sūt aliquo modo in intellectu. Et hic ē mod⁹ quo caritas cogscit cognitōe qd ē tā ab hn̄te caritatē qȝ a nō habēte. Sȝ ɓm aliū modū cognoscēdi caritatē neqȝ caritas neqȝ aliqs habit⁹ siue potētia pcipit a nr̄o intellectu nisi p hoc qȝ act⁹ pcipiūt. vt pȝ p phȝ. io. ethi. Act⁹ aūt caritatis vel alteri⁹ habit⁹ eliciūt ab ipsa caritate vel ab alio habitu p ꝓpriā eēntiā caritat vel alteri⁹ habit⁹. ⁊ p hūc modū dr̄ aliqs se cognoscē hēre caritatē vl' aliū hitū p ipsā eēntiā habit⁹ hȝ eē nāle qd hȝ ī reꝝ nā: ⁊ non solū in intellectu. Sic aūt null⁹ pōt cognoscē caritatē nisi caritatē hn̄s qa act⁹ caritat ⁊ aliaꝝ ꝟtutū pcipue ↄsistūt ī motib⁹ īṫioꝛib⁹ q̄ n̄ pn̄t eē cogniti nisi opāti: nisi q̄ten⁹ manifestāt ex actib⁹ extioꝛib⁹. ⁊ sic p qȝdā

diecturam aliquis nō hñs caritatē potest percipere alium caritatē hr̄e Hoc aūt dico supponēdo q aliquis possit scire se habere caritatem: qd tñ nō puto esse verū: quia in actib⁹ ipsi⁹ caritatis non possum⁹ sufficiēt pcipere q sint a caritate eliciti ppt similitudinē dilectionis naturalis cū dilectione gratuita. ¶ Ad primū ḡ dō q in nō habēte caritatē non ē eē nature ꝗ ꝑm esse intelligibile est eēntia caritatis. ¶ Ad 2ᵐ dō q p⁹ q̄ aliquis desinit habere caritatem ꝑm eē naturale caritatis: adhuc caritas in ip̄o manet ꝑm esse intelligibile. ꝛ sic pōt scire quid ēst caritas Manent etiā in memoria ei⁹ actus caritatis quos facit etiā in memoria sensibili ppter act⁹ sensibiles caritatis: qui vtiq manēt ꝑm sui similitudinē: sicut ꝛ cetera sensibilia. ꝛ ex his aliquis memorat se habuisse caritatē. ¶ Ad tertium dō q illud qd est in memoria redit ad intelligentiā: nō ita q eadē spēs numero: que est in memoria: postmodū fiat in intellectu. ꝗ p illū modū loquēdi q̄ fantasmata dicūt fieri ī ītellectu: vt dictum est.

¶ Articulus 5⁹.

Deinde querit de his que ptinent ad corp⁹ humanum. vtrū alimentū ɔuertat in ueritatē humane nature. Et videt q non: quia in corpore humano id quod est de ꝟitate humane nature est caro vel os ꝑm spēm. Sꝫ alimētū non ɔuertit in id quod est ꝑm spēꝫ ꝗ ī id qd est ꝑm māꝫ. vt videt dicē phus in ꝑ̄. de gn̄atōe. ḡ alimētū nō ɔuertit in ꝟitatē humane nature. ¶ Pretēa id qd ē de ꝟitate hūane nature opꝫ q semp in hoīe maneat alias nō remanēt hō ideꝫ numero. Sꝫ illud qd gn̄at ex alimēto nō sēp manet. imo fluit ꝛ refluit. vt patet ex. i. de gn̄atione. ḡ qd gn̄at ex alimēto nō ē de ꝟitate hūane nature. Preterea aug. dicit q nos fuim⁹ in adam dupl'r. s. ꝑm seīalē rōnē ꝛ ꝑm corpulētā sbam. Xp̄us aūt fuit in eo ꝑm corpulētā sbam: ꝛ nō ꝑm seīaleꝫ rōnē. id aūt qd ex alimēto gn̄at in nobis nō fuit in adā. ḡ illud qd est de ꝟitate corpulēte sbe nr̄e nō ē ex alimēto gn̄atū. Sꝫ dicebat q corpulenta nostra sba fuit in adā originaliter ꝛ nō eēntialiter. ¶ Sꝫ contra. Semen originē rei importat. Si ḡ dicimur in adam fuisse ꝑm corpulētam sbam originaliter tm̄. tūc ideꝫ erit esse ꝑm corpulētā sbam ꝛ ꝑm seminalē rōnē. qd est falsuꝫ. ḡ idē qd prius. ¶ Sꝫ cōtra est qd dr̄ in 2. de anima. Alimētum est potentia tale quale est illud quod nutrit. Sꝫ qd est potētia aliquale in illud ɔuerti potest. ḡ alimentū ɔuerti potest in illd qd nutrit. Sꝫ illud qd nutrit ē id quod est de ueritate humane nature. ḡ alimētū ɔuertit in id qd est de ꝟitate humane nature. ¶ Preterea semē ex quo fit generatio maxime videt ad ꝟitatē humane nature pertinere. sed semen secundū philosophū in. 15°. de animalib⁹. est de superfluo alimēti. Ergo alimētuꝫ ɔuertitur ī ꝟitatē humane nature.

¶ R° dicēdū q ad huius q̄stionis euidētiā oportet ꝑmo videre quid

sit veritas humane nature. veritas aũt uniuscuiusq̧ rei vt dicit Auicēna in sua metha. nihil est aliud q̄ ꝓprietas sui esse: quod stabilitū est ei: sicut illud quod ꝓprie habet esse auri attingens ad terminos stabilitos nature auri dicit esse vere auꝝ. Unūquodq̧ aũt ꝓprie habet esse in aliqua natura: per hoc quod sbstat complete forme ꝓprie illius nature a qua est eē ⁊ ratio spēi in natura illa. vnde illud pertinet ad ṽitatē vniuscuiusq̧ rei: qḋ est ɔpletiuum illius rei p formā. ⁊ ptinet directe ⁊ per se ad ɔpletionē illius rei. tam enim in nālibus q̄ artificialib⁹ inueniunt quedā in quib⁹ ɔsistit p̄ncipaliter rō rei. alia aũt que sunt ordinata ad hoꝝ ɔseruationē ⁊ meliorationē sicut stipes ⁊ fructus p se pertinēt ad ɔplemētū arboris. vnḋ sunt de ṽitate nature ipsius. Folia aũt sūt quodāmō ordinata ad fructuū ɔseruationē ⁊ quantū ad hoc nō videt eē de ṽitate nature arboris p̄ncipalr̄. Sil'r rō gladii ɔsistit ī ferro ⁊ acumine ei⁹. vagina aũt est ad gladii ɔseruationē. vn̄ si gladi⁹ esset rea nālis: ferruꝫ eēt de ṽitate nature ei⁹: non autem vagina. Sic autē de ṽitate humane nature esse dicimus illud quod per se pertinet ad perfectionē humane nature cōplete pticipans formā spēi. illḋ aũt nō est de ṽitate humane nature in hoīe: qḋ est ordinatū quodāmō ad hoīs ɔseruatōeꝫ vel meliorationeꝫ quācūq̧. Sciēdū ē g̃ ꝙ nā humana pōt duplr̄ ɔsiderari. vel ƒm totam spēm humanā. vel ƒm esse qḋ habꝫ in hoc indiuiduo. ⁊ ƒm hoc inueniunt in p̄ñti q̄one tres opiniones. Quidā enim dicūt ꝙ alimētū non ɔuertit in ṽitatem humane nature neq̧ ƒm spēm neq̧ ƒm indiuiduuꝫ. Dicūt enim ꝙ tota mā que nata est esse sb specie humane nature fuit in corpore Ade: nec aliqua alia mā potest fieri vere sbstās humane speciei. ⁊ ex illa mā ex qua corp⁹ primi hoīs ɔstabat fuerit aliqua pars decisa: que quidē p multiplicationem quandē sine additōe exterioris materie augmētata est in tm̄ ꝙ p̄uēit vsq̧ ad pfectā ⁊ ɔpletaꝫ quātitatē in corpore Seth. Ex quo iteꝝ aliqḋ decisum est in formationē corporis filii sui ⁊ p̄dicto mō ml'tiplicatū. ⁊ sic totum humanū gen⁹ multiplicatū est ex illa materia que fuit ī corpore primi hoīs sine alic⁹ extrinseci additione. illud aũt quod ex alimēto gñat ēn ccium nobis ad ɔseruationē illi⁹ humiditatis: q̄ ē de ṽitate hūane nature. vt. s. calor nālis hñs aliqḋ aliud: qḋ ɔsumat. s. humiditatē ex alimēto gñatā q̄si accñtaleꝫ ñ ɔsumat humiditatē q̄ ē de ṽitate hūane nature: sic artifices apponūt plūbū argēto. vt vꝫ ī ɔflatorio ɔsumat plūbū ⁊ argētū nō ɔsumat ab igne. vn̄ ī refrectōe qñ ṽitas hūane nature erit īcōsūptibilis: alimēto ñ īdigebim⁹. nec refget in nobis aliqḋ qḋ ex alimēto sit gñatū: ſ solum id qḋ fuit ī adā. Sꝫ īcōueniēs videtur hi⁹ positio ꝑpter duo. quātū ad p̄ñs ptinet. qa eiusdē rōnis ē formā aliquam nihil amittere de materia sbiecta: ⁊ nihil de nouo acqrē cuius

ſpẽ ⁊ nature nihil accreſcit nec de perit. Cõſtat aũt ꝙ aliqua materia que erat ſbſtãs humane nature deſinit eſſe humane nature ſbſtãtia: ſicut patet in morte vniuſcuiuſq́ʒ hominis. vñ niſi aliqua materia de nouo adderet humane nature: ſeq́ret ꝙ min⁹ eſſet modo id qḋ eſt de ṽitate nature humane in actu q̃ tẽpore ade. ⁊ ſic natura ſpẽi nõ pfecte ſaluaret p generationẽ. 2⁹ q2 iſta mutatio quã multiplicationẽ dicũt nullo modo eſt ſm eẽntiã ipſi⁹ materie: ſ ſolũmodo ſm quãtitatẽ vel dimẽſiones et accidẽtes. Nõ enim dicunt ꝙ aliqd materie de nouo p eẽntiam creet vel aliũde addat: ſ ꝙ illa eadẽ materia que prius erat minor: poſtea fiat maior. nihil autẽ eſt aliud rareſieri ⁊ ↄdẽſari q̃ mutari eandẽ materiã de magnis dimenſionib⁹ in paruas ⁊ econuerſo. Unde ſequeret ſm p̃dictã poſitõez ꝙ illud qḋ eſt de veritate humane nature ſemp rareſieret per ↄtinuã generationẽ ⁊ augm̃tationẽ. ⁊ tm̃ quãtũ natura ſuſtinere non poſſet. Eſſet enĩ iam illud qḋ eſt de ṽitate humane nature ĩnumerabilr̃ magis rarũ q̃ ignis. qḋ pʒ eſſe falſum. Et ideo alia opinio dicit ꝙ alimẽtum ↄuertit in ṽitatem humane nature p̓mo ⁊ p̓ncipalr̃ ſm ſpẽm. non autẽ ſm individuũ niſi ſecũdario. Dicũt enĩʒ ꝙ in vnoquoq́ʒ individuo humane ſpẽi illud p̓mo ⁊ p̓ncipalr̃ eſt de ṽitate humane nature qḋ a parentibus traxit. ⁊ hoc vocat a pħo caro ⁊ oa ſm ſpẽm que ſemp manẽt ſ q2 illud cũ ſit modicũ nõ ſufficeret ad pfectã quantitatẽ debitã hũane nature ſine additione. Jõ adiũgit illḋ qḋ ex alimẽto generat nõ ſolũ ad hoc ꝙ ↄſeruet illud qḋ fuit a p̓mis parẽtibus acceptũ. vt dicebat p̓ma opinio. Sed ad hoc ꝙ cõpleat ex hi⁹ addito perfecta quãtitas. ⁊ ſic illud qḋ ex alimẽto generat non ẽ de ṽitate humane nature in hoc individuo p̓ncipalr̃: ſ tm̃ ſecundario inquantũ ẽ neceſſariũ ad quãtitatẽ debitã. ⁊ hoc noĩat pħus carnẽ ⁊ os ſm materiã que fluit ⁊ refluit. ſ tm̃ ex hoc aliqua pars ſeminaliter tranſit in plem per generationẽ. ⁊ efficit principalr̃ de ṽitate humane nature ipſo cũ admixtione alicuius qḋ fuit p̓ncipalr̃ de ṽitate humane nature in p̃re vt qdã volũt. vł ſine admixtione eius. vt alii dicunt. qḋ eſt magis ↄſonũ dictis pħi in. 15. de aĩalib⁹: qui vult ſperma totalr̃ eſſe de ſuperfluo alimẽti. ⁊ ſic illud qḋ generat ex alimento non põt eſſe q̇ ſit p̓ncipalr̃ de ṽitate humane nature in ipſo qui nutrit. ſ põt eẽ de ṽitate humane nature p̓ncipalr̃ in alio eiuſdẽ ſpẽi. ſ. in filio ipſi⁹. Et ſʒ hãc opinionẽ dicũt ꝙ illud qḋ eſt p̓ncipalr̃ de ṽitate humane nature ĩ vnoquoq́ʒ totũ ĩ ipſo reſurget. nõ aũt totũ qḋ ex alim̃to gñat: ſ ſolũ quãtũ ſufficit ad ↄpletõez quãtitatis: cũ pꝑter ↄpletionẽ quãtitatis tm̃ mõ ad ṽitatẽ hũane nature aliq̃lr̃ pertineat. ⁊ hec opinio ↄſonat ſñie Alexan. ↄmẽta. q exponit carnẽ ſm ſpẽm quã pħus dicit ſemper manẽ eſſe illud quod a parẽtib⁹ trahitur carnẽ vero ſm materiã illud qḋ ex

alimēto generat᷑:q̄ fluit ⁊ refluit.
Sꝫ hanc opinionē ↄmēta. Auerrois
reprobat in tractatu quē fecit super
libꝝ de generatōe. Cū enim illō qō
ex alimēto generat᷑ nutriat ī quātū
est potētia caro: ⁊ augeat in quātū
est potētia quanta caro. vt dr̄ in .2.
de aīa. Illud qō generat᷑ ex alimēto
postq̄ꝫ receperit spēm carnis: effici᷑
vnū eum illo qō pꝰus inerat: quia
in fine ↄuersū iam est simile. vnde
nō vide᷑ esse aliqua ratio quare ca
lor naturalis aliquid possit cōsumē
de illa humiditate carnis: que ex ali
mento generat᷑: ⁊ non de humidi-
tate q̄ a parētibꝰ trahi᷑: nec posset
aliquo necessario mō illud ꝓbari. ⁊
ideo tam illud qō est a parentibus
acceptū: q̄ꝫ illud qō est ex alimento
generatū: eqnalr̄ se hꝫ ad hoc ꝙ ma
neat vel ↄsumat᷑ ꝑ calorē naturalē.
⁊ ad hoc ꝙ restauret᷑ per nutrimētū
qō est fluere ⁊ refluere. ⁊ sic equalr̄
pertinet ad veritatē humane natu
re qō generat᷑ ex alimēto: ⁊ quod a
parentibꝰ trahi᷑. Et ſm hoc est ter
tia opinio ꝙ alimentū ↄuerti᷑ in
id qō est ꝑncipalr̄ de ꝟitate hūane
nature ⁊ quātū ad spēꝫ ⁊ quātū ad
indiuiduū. Ponit enī hec opinio ꝙ
vtrūqꝫ. s. ⁊ qō ex alimēto generat᷑:
⁊ qō a parētibꝰ trahi᷑ indifferēter
⁊ equalr̄ forma humana perficitur
⁊ vtrūqꝫ indifferēter manet vel cō
sumi᷑. manet quidē ſm spēm. cōsu-
mi᷑ aūt ⁊ restaurat᷑ ſm mām: sicut
in aliqua republica diuersi homīes
nnumero ad ↄmunitatē ꝑtinēt qbꝰ-
dā moriētibꝰ: ⁊ aliis ī locū eoꝝ suc
cedentibꝰ. ⁊ sic non manet vna res
publica secūdū materiā: quia sunt
alii ⁊ alii homines: manet tn̄ vna
numero quātū ad spēm siue formā
ꝓpter ordinis vnitatem in officiis
distinctis. ita etiā ī corpore hūano
manet caro ⁊ os: ⁊ unaqueqꝫ ꝑtiuꝫ
eadē numero q̄ꝫ ad spēm ⁊ formā
q̄ ↄsiderat᷑ ī debī lato situ ⁊ ꝟtute
⁊ figura. nō aūt manet quantū ad
materiam. q̄a illa materia carnis ē
qua talis forma erat prius cōsūpta
est: ⁊ alia in locū ei successit: sicut pꝫ
de igne q̄ ↄtinuat᷑ secūdū eādē for
mā ⁊ modū: ꝑ hoc ꝙ ↄsumptis qbꝰ
dam lignis alia supponūt᷑ que ignē
sustinēt. Et secūdū hāc opinionem
de vtroqꝫ predictoꝝ indifferēter. s.
gn̄ato ex alimēto ⁊ a parētibus tra-
cto tātū resurget: quātū est necessa
riū ad spēm ⁊ quātitatē debitā hu
mani corporis. Et hec opinio mihi
vide᷑ ceteris probabilior. Secūdū
ḡ hāc opinionē ad primū dicēdū ꝙ
distinctio philosophi qua distīguit
carnē ſm spēm ⁊ ſm materiam: nō
ē sic accipiēda: ꝙ alia sit caro que di
ci᷑ ſm spēm. s. a parentibꝰ tracta. ⁊
alia que sit ſm materiaꝫ ex alimēto
gn̄ata: sed vna ⁊ eadē caro signa-
ta potest ↄsiderari ⁊ secūdū spēm:
quam habet: ⁊ secūdū materiam.
Et ꝙ hic sit intellectus philosophi
patet ex hoc ꝙ ipse dicit ibidem. ꝙ
hoc modo distingui᷑ caro secūduꝫ
spēm ⁊ secundum materiam: sicut
vnūquodqꝫ habentium speciem in
materia. In aliis autem habentibꝰ
spēꝫ in materia: sicut est lapis ⁊ fer
rū ⁊ hꝰ non habet locum prima di
stinctio: sed secūda. vt per se patet.

Et ideo dicēdū est ꝙ alimētū ɔuertit in carnē que ē ſm ſpēm.i.que hʒ ſpēm. nō tñ ita ꝙ alimētū fiat ſpēs carnis:ſ; fit carnis materia.rōne c⁹ poteſt dici ꝙ ɔuertit in carnē q̄tū ad materiā ⁊ nō quantū ad ſpēm. ¶ Ad 2ᵐ dō ꝙ ṽitas humane nature ⁊ cuiuſlʒ alteri⁹ rei eſt a ſpecie ⁊ iō cum id qđ eſt in hoīe manʒ ſm ſpēz:quāuis nō maneat ſm materiā nihilominus ṽitas humane nature manere dicit: nec deſinit eſſe idem homo numero ꝓpter mutationē q̄ ē ſm materiam: quia non tota matīa ſimul a forma abſtrahit:vt alia tota ſimul formā accipiat ¶ Hec enim generatio eſſet ⁊ corruptio. ſicut ſi totus ignis vn⁹ extingueret ⁊ ali⁹ tot⁹ accēderet.ſ; aliqua ꝑs materie ɔſumit ⁊ alia in locū ei⁹ ſbſtituitur que efficit vna materia cum p̄exñti per hoc ꝙ ei adiungit ad ſuſtinendam eandē formā humani corporis ſicut ſi vnū lignū ignis cōſumat ⁊ aliud loco ei⁹ apponat erit idē ignis numero. ¶ Ad tertiū dō ꝙ ad conceptōem humani corporis duo concurrūt.ſ. materia ex qua formatur cōceptū. ⁊ iterū vis formatiua que ɔceptū format. quoꝝ ꝑmū aug. vocat corpulētā ſbam. 2ᵐ ṽo ſeminalē rōnē. Dicimur ḡ ſm vtrūq; iſtorū fuiſſe in adam originalr̄.inquātum .ſ.materia ɔcept⁹ ꝑparata eſt p ṽtutem generatiuā matris. Uis autē formatiua eſt in ſemine patris. Et vtrūq; iſtoꝝ reducit in adam ſicut ī primā originē: a qua humanā nāʒ traxerūt virtutes ɔſequentes. Corpus autē xp̄i formatū fuit per virtutem ſpūs ſancti actiuam. Sed materiā miniſtrauit mater:quia ex puriſſimis ſanguinib⁹ virginis conceptus eſt.vt Dama. dicit. Et ideo non fuit in adam ſm ſeminalē rōēʒ ſed ſecūdū corpulētā ſbam.non tñ ita ꝙ eadem numero que eſt in nobis.⁊ fuit in Chriſto fuerit in Adā Et ex hoc patet reſpōſio ad ſequēs.

D Einde querebatur de his que pertinent ad culpā vl̄ grām. Et primo querebat de his que pertinent ad gratiam. ¶ Secūdo de his que pertinent ad culpam. ¶ Quantum ad ptinētia ad gratiam querebat primo de his que pertinent ad prelatos tantum. ¶ Secundo de his que ptinent ad omnes ɔmuniter. ¶ Quantū autē ad prelatos querebant duo. ¶ Primo de electione prelatoꝝ. vtrum.ſ. ſit neceſſe ſemper eligere meliorē: vel ſufficiat eligere bonū. ¶ Scđo de honore exhibendo prelatis. vtꝝ ſcʒ mali prelati ſint honorandi.

¶ Articul⁹.6⁹.

A D ꝑmū ſic ꝓcedit. videt ꝙ necc̄e ſit ſemp eligē meliorē. Dicit enī.4.R. Eligite meliorē:⁊ eū ponite ſup ſoliū patris ſui. ḡ multo forti⁹ ī ſpūalib⁹ officiis meliores ꝑeligēdi ſunt. ¶ Preterea .i.ad Thi.3.ſup illud. Opʒ epūm irrep̄hēſibilē eē. dic̄ glo. Talis eligat pōtifex:c⁹ ɔpatōe ceteri grex dicāt ḡ opʒ ī ep̄atu ſemp eligē meliorē. Preterea Leo papa dic̄. Ille ḡ melior ē ī p̄ſbris ⁊ dyaconib⁹ ī epm̄ eligat ¶ Preterea ille qui eſt propinquior ad hereditatem poſſidēdam debet

pferri. Sed xpo eius patrimoniū possident clerici et prelati: est ppingor qui est melior. ergo ad plationes et officia ecclesiastica semp sunt meliores eligendi. ¶ Preterea si alicui commissum esset a dño suo vt ei fidelem et idoneū ministrū quereret: nō ageret fideliter erga dominū suū: si pmisso magis idoneo minus idoneū accipet. ergo multo magis peccat ille cui cōmissum est eligere aliquem in ministeriū dei: si nō eligat meliorē. ¶ Sed cōtra est qd decretalis dicit. qd sufficit eligere bonum nec requirit qd melior eligat. ¶ Respondeo dicendum qd aliquis homo potest dici bonus vel melior altero dupliciter. Uno modo simpliciter. et sic melior est qui in caritate est perfectior. Alio modo secundū quid. et sic dicitur aliquis melior altero vel ad militiam vel ad magisteriū: vel ad plationē: vel aliquid huiusmodi: qui non est melior simpliciter: eo qd in singulis officiis tā spūalibus qz corporalibus requirūt aliqua preter moralem bonitatem ad hoc qd aliquis sit idoneus ad illud officiū exequendum. Dicēdū est ergo qd oportet eligere ad prelationē vel ad ecclesiasticum officiū aliquem qui sit bonus simpliciter quia per quodlibet peccatū mortale aliquis reddit indignus ad quodlibet spūale exequendū. Unde dicit Dio in epistola ad Demophilū monachū loquens de sacerdote qui non ē grā illuminatus. Non est iste sacerdos sed inimicus dolosus: delusor sui ipsius et lupus sup dominicū populū pelle armatus ouina. non tamē oportet qd semp eligat ille qui est melior simpliciter. Possibile est enim qd illi qui est in caritate perfectior: deficiant multa que requirūt ad hoc qd aliquis sit prelatus idoneus: que in alio qui est minoris caritatis inueniūt: vt sunt sciā industria potentia: et alia huiusmodi. Unde non oportet semp eligere meliorē simpliciter. sed eum qui sit melior ad hoc officiū. Si autem eligat quis eum quem reputat minus idoneū ad tale officiū peccat. Nō enim potest eē qd de duobus vnus alteri pēligat nisi pper aliquod in ipso cōsideratū. Illud autē qd cōsideratur in eo qui est minus idoneus ad hoc qd magis idoneo preferat: ē aliqua cōditio indebite mouens vel familiaritas: vel cōsanguinitas vel aliquid huiusmodi. Non enim potest esse aliqua cōditio ptinens ad plati idoneitatē. ex quo alter simpliciter magis idoneus reputat. et sic indebite mouet. et sic in tali electione erit ibi acceptio psonarū: que sine peccato nō fit. ¶ Ad pmū ergo dicendū qd cū dicit. Eligite meliorē: intelligit de meliori ad talē dignitatē. ¶ Ad secundū dicendū qd in cōpatiōe plati debēt eē ceteri quasi grex: nō cōsiderata sola scītate moꝝ. sed discretiōe et strenuitate. et aliis huiusqz in pastore exigūt ad regēdū. ¶ Ad tertiū dicendū sic ad pmū. ¶ Ad quartū dicendū qd ille qui eligit in platū nō eligit qui ad hereditatē possidēdā quia hereditas xpianoꝝ nō ē in terra. sed ē in celo. s. ipse deus secundum illud ps. Dñs ps hereditatis mee. eligit autē velut dispēsator in familia dñi alicuius secundum illud. i. ad cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros xpi et dispēsatores etc.

dispensator aūt nō semp eligit q ē
ꝓingor ſ qui est magis idone⁹.
Ad 5ᵐ dō ꝙ ſilr etiā ꝯtingerz in ꝓ
curatione serui alicui⁹ dñi tpalis:
ꝙ nō oporteret querere hoīez meli
orē simplr: ſ meliorē ad seruiendū.
Ad illud vero qd in ꝯtrariū obr
dō ꝙ decretalia intelligēda ē qtū
ad hoc ꝙ ñ semp opz eligē meliorez
simplr: ſ sufficit eligere bonūz. Uel
dicēdū ꝙ nō loquat quātū ad forū
ꝯscīe: ſ quantū ad foꝝ ꝯtētiosum:
in quo nō reprobat electio ex hoc ꝙ
potest aliquis ali⁹ magis idone⁹ in-
ueniri: dūmō ille qui eligit idoneus
sit, al' oīs electio calumniā pateret.

Articul⁹. 7⁹.

Ad 2ᵐ sic pcedit. Uidet ꝙ
malis p̄latis nō sit exhiben
dus honor. Sicut enī dicit
Boeci⁹ in li. de ꝯso. Nō possum⁹ ob
honores reuerendos iudicare: quos
ipsis honorib⁹ reputam⁹ indignos.
Sz mali p̄lati non sunt honoribus
digni. ģ non possunt iudicari eē re
uerendi a suis s̄bditis. Preterea
honor nō debet p̄latis malis nisi rōne
ne p̄lationis. Cū ģ sunt p̄latione in
digni: sūt etiā per ꝯñs indigni ad
honores: ⁊ ad alia omnia que sūt p̄
lationi ꝓpria. Sz cōtra est qd dr
Exo. 20. Honora patrē tuū. Sl. id ē
p̄latos. Cū ģ īdiffinite loquat uidet
ꝙ omnes p̄lati tā boni q̄ꝫ mali sint
honorādi. Rx° dō ꝙ ī p̄lato duo
possum⁹ ꝯsiderare. s. personā ꝓpriaz
⁊ dignitatē ſm quā ē quedā psona
publica. Sl ģ prelat⁹ sit malus rōne
psone sue non est honorād⁹: qa cuz
honor sit reuerētia alicui exhibita ī
testimoniū ꝟtutis: falsum testimo-
niū de eo pferret: si quia eū obtētu
ꝓprie persone honoraret: ꝯtra illud
quod dr exo. 20. Non loquaris ꝯtra
proximū tuū falsum testimoniū. Sz
inquantum est persona publica: sic
gerit typum ⁊ locum non sui ipsius
ſ alterius. s. xp̄i in ecclesia: vl' reipu
blice. vt dñs in secularib⁹ dignita-
tibus. ⁊ sic valor eius non ꝯputat
ſm personam: ſ ſm eum cuius loco
p̄sidet. sicut est de lapillo qui ī ꝯpu-
tationib⁹ ponit loco cētū marcarū
cum in se nihil valeat: vt dr pu̾er.
26. Sicut q mittit lapidē ī aceruū
mercurii: ita qui tribuit insipienti
honorē. Mercuri⁹ enim dicebat de⁹
rōcinii ⁊ mercationis. Et ita est ei
honor exhibendus: nō pp̄ter se: sed
pp̄ter eum cuius locum obtinet: sic
adoratio imaginis refert ad ptoty-
pum: vt dicit Dama. Uñ ⁊ malus
prelatus idolo ꝯparatur. Zach. xi.
O pastor ⁊ idolū derelinquēs gre-
gē. Ad p̄mum ergo dicēdū ꝙ in
tentio Boecii est dicere ꝙ mali ho-
mines non iudicāt vt reuerendi in
propriis p̄sonis: quāuis eis exhibea
mus honores pp̄ter officia in qbus
sunt ꝯstituti. Ad 2ᵐ dō ꝙ mal⁹
p̄latus ⁊ indignus est prelatione ⁊
honorib⁹ qui prelato debēt. ſ ille c⁹
vicem gerit dign⁹ ē: vt ei⁹ vicario
talis honor exhibeat. sicut btā ꝟgo
digna est vt eius imaginē depictaz
in pariete reuereamur: quāuis tali
reuerētia ipsa imago digna nō sit.

D
Einde querit de p̄tinētib⁹
ad grām quātū ad omnes.
⁊ q̄ ꝯmuniter omni statui.

Et circa hoc querebant tria. Primo de orōnibus. vtrū orō tātū valeat facta p alio sicut facta p se. ¶ Secūdo de suffragiis. vtrū magis psint pauperi magis digno: q̄ diuiti p quo spālr fiunt. ¶ 3° de votis. vtrū votū simplex dirimat matrimoniū ɔtractū.

Articulus. 8°.

Ad pmū sic pcedit. Uidet q̄ oratio plus valeat pro se facta q̄ p alio. Ita enim dr in quadā glo. q̄ spāles orōnes plus valent. Sȝ illa est maxime spāl qua quis p se orat. g̃ plus valet oratio p se facta q̄ p alio. ¶ Preterea vt dr i li. de spū ⁊ aīa. Orō nihil aliō est q̄ deuotio mētis in deū. Sȝ magis deuote aliquis orat p se q̄ pro alio. g̃ plus valet orō p se facta q̄ p alio. ¶ Sȝ ɔtra. Oratio tanto āplius valet quanto magis est deuota. Sȝ quãq; quis deuotius orat p alio q̄ p se ipso. g̃ plus valet orō p alio q̄ p se ipso. ¶ Rñ. dōm q̄ duplex est valor orationis. Unus qui est orōnis pprius fm quē dr valere oratio ad impetrandū illud qd petit: sicut oratio Petri valuit ad suscitatione Thabite. Alius valor est omnis orōni ⁊ aliis opibus ɔ̄tutū. fm q̄ orō valere dr ad merēdū aliquid ipsi oranti. p ut caritate informatur. sicut oratio Petri qua suscitatioȝ Thabite impetrauit fuit meritoria Petro vite eterne inquātū erat actus caritatis informatus. Loquēdo g̃ de primo valore ceteris paribus plus valȝ oratio facta p se q̄ p alio: qa efficacia orationis in impetrādo pōt amittere suū effectū: quando pro alio fit ex aliquo impedimēto: quod inuenirī eo p quo orat. vñ vna de ɔditionibus orōnis que faciūt eā efficacē ad impetrandū est vt aliquis p se oret. Quantū aūt ad 2m valorē orō magis valȝ que ex maiori caritate pcedit: siue p se siue p alio fiat. Si aūt de iteriori caritate p exteriora opa debeat iudicari: tūc ista ɔpatio pōt dupli͞r intelligi. Uno mō vt aliquis ita oret p alio: q̄ etiā p se ipso. ⁊ tūc maioris meriti est p alio orare ⁊ p se ipso: q̄ p se tm̄. Maioris .n. meriti est amicū beniuolū ⁊ bñficuȝ eē sibi ⁊ alii q̄ sibi tm̄. Alio modo pōt intelligi vt aliqs oret p alio ⁊ non p se. ⁊ sic oꝫ dēt eē alteri beniuolus magis q̄ sibi. ⁊ ita peccaret in ordine caritatis magis aliuȝ q̄ se diligēs. ⁊ hō mō intelligēdo ɔpationē: melius ē orare p se q̄ p alio. ¶ Ad pmum g̃ dōm q̄ rō illa nō est ad ppositū: quia spālis orō dr in glo. illa p quocūq; spāliter fiat: siue p se: siue p alio. Ad 2m dōm q̄ lȝ vt pluries homo p seipso deuotius oret. tñ qñq; deuotius p alio. ⁊ ita fm hoc non potest sumi vniuersale iudiciū: que oratio plus valeat. ¶ Silr dōm ad 3m i ɔtrariū.

Articulus. 9°.

Ad 2m sic pcedit. Uidet q̄ suffragia ecclesie spālr facta p aliquo diuite: equalr valeant pauperi p quo nō fiūt: si sit equalis meriti. Ut dicit enim aug. huiusmodi suffragia tm̄ valēt vnicuiq; post mortem: quantuȝ meruit viuens: vt sibi pdesset. Sed pdicti duo equaliter meruerunt. g̃ equalr eis predicta suffragia prosunt.

